MONUMENTA
SACRA ET PROFANA

OPERA

COLLEGII DOCTORUM BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

TOM. I. — FASCIC. I.

MONUMENTA
SACRA ET PROFANA

OPERA

COLLEGII DOCTORUM BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

Tom. I. — Fascic. I.

MONUMENTA
SACRA ET PROFANA

OPERA

COLLEGII DOCTORUM BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

TOM. I.

MONUMENTA
SACRA ET PROFANA

EX CODICIBUS PRAESERTIM

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

OPERA

COLLEGII DOCTORUM EJUSDEM

TOMUS I. = FASCICULUS I.

FRAGMENTA LATINA EVANGELII S. LUCAE, PARVAE GENESIS ET ASSUMPTIONIS MOSIS.
BARUCH, THRENI ET EPISTOLA JEREMIAE
VERSIONIS SYRIACAE PAULI TELENSIS CUM NOTIS
ET INITIO PROLEGOMENÔN IN INTEGRAM EJUSDEM VERSIONIS EDITIONEM.

EDIDIT

SAC. OBL. ANTONIUS MARIA CERIANI

DOCTOR COLLEGII BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE.

MEDIOLANI MDCCCLXI

TYPIS ET IMPENSIS BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

Die 23 *Jan.* 1861.

ADMITTITUR

P.r VITTADINI FELIX pro Excell.mo et Rev.mo D. D. CAROLO e Comitibus CACCIA Ep. Famaug. et Vicario Capit. Mediol.

SIMONI GATTI

ANTONIUS CERIANI

Plura a Te benevolentiae officia expertus, quae studia mea juvarunt, non haesi incertus, cuinam hunc librum, qualiscumque est, dedicarem. Tu ergo accipe, saltem ut non indignum ex sinceritate, qua offero, grati animi testimonium.

Mediolani, die vii Januarii, mdccclxi.

PRAEFATIO

Communi Doctorum Bibliothecae Ambrosianae consilio statutum est, ut ex ejusdem manuscriptis, opera Praedecessorum continuata, evulgentur typis domesticis quae scientias sacras et profanas promovere possint; non rejectis tamen quae aliunde conquirere liceat, quae illorum sint pars et complementum. Ineditis documentis opus constabit, nec jam prolatis erit locus, nisi forte tam male operis magni pretii curata fuerit editio, ut prae ineditorum ipsorum evulgatione sit habenda ista, quae offendiculum, lapsuum causam frequentem, a doctis removeat.

Laborem, ut res fert et Constitutiones nostrae indicant, ita inter nos partiti sumus, ut quisque quod sibi magis accommodum, hoc sumat. Ipse interim dicam, quam partem elegerim, quid jam praemittam, quid in posterum parem.

Officium meum est, ut conferam in Collectionem tum quae rescripti codices graeci et latini mihi offerent pro acriori juvenili oculorum acie, tum quae in mss. latinis vetustissimis, graecis et orientalibus utiliora praesertim scientiis biblicis et ecclesiasticis deprehendam. Specimen laboris exhibeo in hoc fasciculo, de quo jam dicendum.

Quod ad fragmenta latina attinet *Evangelii S. Lucae*, *Parvae Genesis et Assumptionis Mosis*, id praestant quae iisdem sum praefatus, et vix pauca addam. In *Assumptione* Mosis pagina cod. 68 (edit. 59), quantum nunc conjicio, iis quae praecedunt cohaeret, et puto me non recte judicasse de lacuna interjecta in iis quae praemisi pag. 11, et quae subdidi pag. 64. Scripseram haec cum vix extrema paginae 68 legissem, et fere desperarem de ceteris eruendis, quod demum pro pluribus assecutus sum novissimo conatu et iteratis chemicis subsidiis in ipso editionis actu; quod cum ea mentis intensione contigit et gaudio de lectione, ut de nexu textus nec cogitarem. Ex his corrige etiam quae de *quinternione* dixi pag. 63-4. Juvat quoque addere nonnulla, quae de rescriptorum codicum literis resuscitandis docuit amicus Ponzio ex suo harum rerum usu multiplici, et utilia doctis fortasse erunt. Tradidit enim diligenter inquirenda esse prius atramenti corundem elementa, ut pro horum diversitate vel efficacia absolute, vel efficaciora chemica subsidia adhibeantur, salvis omnino membranis, quod quidem de more non fit. Ostendit quoque quomodo membranae ex unguine eas inficiente interdum pellucidae factae, ex quo ductus literarum evanescunt, pristinam opacitatem recuperent et scripturam iterum offerant. Mecum demum doluit saepe de nonnullis subsidiis chemicis, quae vulgo usurpantur, et rescriptos codices labefactant pauco temporis intervallo, quod accuratiori rerum cognitione evitare liceret.

Plura contra oportet disserere de parte Syriaca ex defectu Prolegomenôn, quae universa illustrent quae textui ejusdemque editioni referuntur.

Cum plures libri per stichos scribantur, quos servare omnino oportet, cumque, si in aliis libris vetustis id non paucis gratum est, acceptius sit futurum in nostra versione, in qua notae Origenianae hac ratione evidentiores offeruntur, et error codicum sic interdum deprehendi potest, lineas ipsas codicis retinui, folia et columnas indicavi, et, si lectiones et notas marginales excipias, quas editio nonnisi incommode retinere poterat e regione textus et margini interiori adlegavi, cetera quoque margini codicis adscripta summa severitate retinui suo omnino loco, etiamsi ex arbitrio interdum minus adamussim scripta essent. Quae minio exarantur sive in textu, sive in marginibus, *estranghelo* charactere dedi, cetera *maronitico*. Lectiones et notae marginis aliae scribuntur charactere *estranghelo* puro, aliae charactere in ullis jam currentiori; uno ipse charactere contractiori usus indicavi in notis, ubi alter usurparetur, quem titulo *medii* (m.) insignivi; characterem vero earum dico dubium, quando literae, quae in illis occurrunt, sunt eaedem in charactere estranghelo, et in altero jam ab eo in ullis deflectente. Cetera quae typi referre non possunt, ut correctiones, rasuras, peculiares indices remittentes ad lectiones et notas marginis, et alia, in notis tetigi. Nihil sane omisi ut darem textum referentem omnino codicem, et si quam laudem spero consecuturum, haec erit ex ea quam

attuli in hanc rem sollicitudinem. Qua de re illud in primis animadvertendum hoc mihi contigisse, quod rarissime aliis, ut cum codicibus, quos evulgo, ad manum editioni semper adstarem, cum haec curaretur in aedibus Bibliothecae nostris typis. Textum syriacum ex apographo meo sine punctis compositum, plerumque per me ipsum, ad codicem primo revidebam, cum puncta omnia diacritica, quae sunt frequentissima, adscriberem exactissime suo quaeque loco, ut codex offerebat, typis postea apponenda, omnino ubique ut quisque inspicere potest factum in fragmento, quod in tabula lithographica exhibeo. Alterum exemplar postea curabam exprimendum, cum notae quoque meae adjunctae et paginae compactae fuissent; quod iterum cum codice integre conferebam. Postquam demum jam in *torculari* erat opus, nec jam quid distrahi vel in punctis poterat, tertium exemplar confectum denuo conferebam fere syllabatim ad codicem, et si quid vel minime in ipsis punctis, vel in loco marginalium lectionum et notarum cujusque generis aberraret, scrupulosissime notabam, in *torculari* ipso curabam corrigendum, me semper adstante, qui in novo exemplari postea expresso inspiciebam, si omnia correcta adamussim fuissent. Quae quidem omnia semper praestiti, praeterquam quod novas curas istis addidi, ubi opus fuisset, vel dubium exurgeret.

In textu sphalmata ulla codicis, non mei, aliquis fortasse deprehendere sibi videbitur vel orthographica, vel etiam grammaticalia. Haec vel peculiari codicis conditioni, vel defectui grammaticarum nostrarum danda sunt, neque attigit, nec enim erat officii sui, Skat Rördam in sua *Dissertatione de regulis grammaticis* etc., praemissa operi *Libri Judicum et Ruth* etc.; ipse tractabo in Prolegomenis, cum de codicibus versionis agam.

Novas etiam voces, formas et significationes, quas collegi et primo statueram huic libello addere cum locis probantibus e pluribus operibus syriacis, melius puto reservandas pro tota editione in fine ejusdem ut simul omnia exhibeam, ad Bersteinii Lexicon exacta, si totum prodierit, sin minus, ad illud Castelli-Michaelis.

Ad notas meas venio. In his primum offero quidquid versio syriaca habet discrepans vel in interpunctione ab editione Romana LXX anni 1587, quam assumsi, non editiones ceteras ad eam institutas, quas nullas reperi omnino ad illam exactas, licet ex bona correctione in easdem varietates inductae fuerint. Volui enim collationis normam textum assumere, qui in Bibliothecis saltem ubique, vel fere extaret. Et nullam in collatione rationem habui correctionum calamo additarum, vel ad calcem affictarum, cum in quatuor editionis illius exemplaribus nostrae Bibliothecae non omnino easdem in omnibus repererim; licet, si quid forte in posterum offerant, sim allaturus in notis pro re nata. Numerum versuum ex editione Holmesiana pro critici apparatus commodo desumsi. Praemissa autem lectione editionis Romanae, subjungo eam versionis syriacae, graece, si documenta graeca exhibeant, sin aliter, latine; cui adnecto, siglis usus, testes omnes criticos, quos undecumque colligere licuit. Sunt autem sequentes, quorum recensui et sigla mea, ubi opus est, addo inter uncos.

Apparatus Holmesianus cum ejus siglis. Holmes semper excito brevitatis et simplicitatis causa, licet quidquid assumo sciam ejus continuatorem dedisse.

Ejusdem Holmesii siglis servatis addidi collationem codicis Alexandrini (III), quam dedit Tischendorf ex opere Herveji Baber in sua secunda editione LXX. Ipse vero, fere ab initio deprehensa oscitantia Holmesii, adhibui in fonte editiones Complutensem et Aldinam.

Editio codicis Vaticani celeberrimi per Cardinalem Mai (Vat.). Asterisci additi siglis hujus et aliorum codicum indicant cuinam manui dandae sint lectiones. Aegyptum patriam ejus dicunt docti, sed ne eis assentiar plura me impediunt, quae in Prolegomenis disseram, argumenta etiam contrariae opinionis discutiens.

Collatio Threnorum I, 1—II, 20 codicis Friderico-Augustani ex editione LXX Tischendorfii jam allata (FA).

Lectiones variantes in notis editionis Romanae et Flaminii Nobili e VI Tomo Polygl. Londinensium, non omissa tamen pro secundis editione versionis latinae LXX, Romae edita an. 1588.

Ad Baruch et partem extremam Threnorum in ullis locis usus sum collatione et fragmentis codicis Chisiani (Holmesii 88) editis a Blanchino in *Vindiciae Can. Scripturarum*, et a Magistris *Daniel secundum LXX. Magistris* dico ex usu communi, a me alienum putans corrigere juxta dicta in Praefatione Iezechielis e cod. Chisiano, ut Vincentio de Regibus tribuam, ne lectoribus confusionem injiciam. Jam ille furtum praescripsit.

In Threnis locos ullos codicis Marchaliani (Holmesii XII) ex Hexaplis Origenis editis a Montfaucon excitavi. Editionem enim nuperam operis istius per Drach, a Migne datam Parisiis an. 1857-60, accepi, cum major pars Threnorum impressa jam erat. Bona adjecit vir Hebraicis et rabbinicis literis doctissimus, sed mirum quantam neglexerit jam operi suo paratam materiem in editionibus versionis nostrae per Bugati et Middeldorpf, et in Appendicibus Holmesianis, ut minora omittam. Et muneris sui erat quidem haec addere, cum editiones e Chisiano codice et Norbergianam e nostro syriaco non omiserit.

Codex Ambrosianae Bibliothecae, E. 3. Inf., cujus specimen exhibet tabula lithographica graeca (a). Deficit Baruch IV, 36 ad finem libri, Thren. I-II, 2. Huic addidi in Baruch fragmenta graeca duorum

aliorum codicum, quos in Prolegomenis cum primo describam (b, c).

Codex collatus in Thr., non ad omnia, ut conjicio ex datis, a Doederlein, *Repert. f. B. u. M. Lit. VI* (N).

Textus interpositus Catenae graecae in libros nostros, quam edidit Ghislerius, nec non lectiones in textu scholiorum occurrentes (Cat. Ghisl.).

Theodoretus ad Baruch et Threnos; utor editione Sirmondi (Theodoret.). Plurima dedit ab Holmesio omissa, quae crisin de familia Lucianaea mirifice juvant.

Vulgata latina (Vulg.).

Versio, vel Recensio latina vetus Baruch in Sabatier, *Bibliorum Sacrorum Versiones latinae antiquae* (Vet. Lat. apud Sab, vel in ullis locis solum posui *Vet. Lat.*, quin adderem *apud Sub.*); itemque fragmenta Patrum Latinorum et lectiones veterum codicum ad omnes libros ex eodem Sabatier; interdum Patres latinos nomine tenus tantum excito, sed in eodem quaerendi, interdum addo indicem fontis (Sab.).

Fragmenta Versionis, vel Recensionis latinae Baruch, quae extant in missali ms. Ambrosiano nostrae Bibliothecae seculi X.

Versio Syriaca Pescito (P.) e Polyglottis Londinensibus, adhibitis etiam duobus codd. Ambrosianis, quorum unius, B. 21. Inf., specimen exhibet tabula lithographica syriaca, alter completus est Hierosolymis an. 1615; in Threnis usus sum etiam editione Samuelis Lee, quam dono mihi dedit E. Pusey.

Versio Arabica (Ar.) e Polyglottis Londinensibus. Lectiones quae in hac editione in Threnis desumuntur e codice Oxoniensi, reperi etiam in Cod. Ambrosiano C. 58. Inf., quem nondum excussi diligenter ex temporis defectu. Continet Prophetas omnes, non tamen Baruch et Epistolam Jeremiae; Jonam edidit e versione, quam offert codex, e Ms. Bodlejanae Bibl. Wright in *The book of Jonah in four oriental versions;* in Threnis e Pescito videtur mihi omnino fluxisse e titulis capitum et ex ullis lectionibus, praesertim insigni illa Cap. III, v. 1, communi Pescito, huic versioni et Armenae, quae a Pescito plura mutuata est, saltem in Threnis. Corrige hinc quae de indole supplementorum in Threnis Polygl. Londinensium ex codice Oxoniensi, eodem, ut puto, ac illo Wright, habet Rosenmueller in Threnos, III, 22.

Versio Armena (Arm.) ex editione Zohrab, Venetiis 1805 in 4.°, pro Baruch et Threnis; pro Epistola Jeremiae usus sum editione Ecclesiastici et ejusdem, ibidem, 1833. Holmesianas quoque lectiones Armenas cum ejus siglis dedi.

Versio Copto-Memphitica (CM) ad Threnos ex editione Tattam.

Versio Copto-Baschmurica (CB) ex editione Quatremère; non habet nisi Thren., IV, 22 ad finem libri, et Epistolam Jeremiae; sed omnia cum lacunis.

Semel Copto-Sahidica (CS) usus sum; nam cetera ejusdem non suppetebant.

Omnes versiones assumsi in propria earum lingua, non ex interpretatione latina omnibus praeter Armenam adjecta, ut quisque etiam per se arguet ex locis, in quibus discedo ab interpretibus latinis. Ne quis tamen putet me scientiam linguarum illa editorum superiorem mihi arrogare, absit. Totum enim textum vertentibus fas erat non adamussim verba captare; quod ratio mearum notarum a me postulabat, qui facilius illud praestare poteram, inquirens in singulos tantum locos. Ceterum harum versionum textum originalem, nisi opus omnino fuisset, omisi operae typographicae commodo, et praesertim quia illi, qui intelligere possunt, habebunt profecto textus integros, in quibus conferant.

In Threnis demum Hebraeum archetypum (Heb.) usurpavi cum apparatu De Rossi, non neglecto ad aliquot loca Kennicott.

Chaldaicam paraphrasim ex De Rossi excitavi, sed consului etiam editionem Polygl. Londin.

Alia minora satis indicantur ubi occurrunt.

Hic est apparatus, ex quo testes lectionum versionis nostrae desumsi. Sed licet a proposito meo alienum putarem, ut partem operis critici in LXX arriperem, quod lectiones eorum omnes ex universis documentis discuteret et judicaret, dignissimum sane studium, sed cui nondum parata a doctis universa subsidia puto; non potui tamen abstinere, quin interdum crisin lectionum LXX attingerem, et in Threnis rationem varietatum nostrae versionis etiam ex Hebraeo, si non semper, non raro tamen indagarem.

Sed versio syriaca praeter textum LXX Origenianum offert lectiones interpretum veterum et anonymas, et scholia varii generis, et etiam voces graecas LXX. Voces graecas non attigi in notis, nisi differrent ab editione Romana. Cetera omnia exhibui in textu graeco, unde fluxerunt, si hic mihi prostabat ex operibus mox afferendis, sin minus, latine; et fusius etiam discussi quam lectiones textus discrepantes, cum minora subsidia critica illis, quam istis, suppetant in libris jam editis. Opera quae assumsi in graeco textu exhibendo et in discussione critica, sunt praeter Hebraeum, Hexaplorum Origenis reliquiae editae a Montfaucon (Montf., vel plenius); Notae editionis Romanae, et interdum Drusii opus *Veterum interpretum graecorum in totum V. T. Fragmenta;* Catena PP. Graecorum in *Michaelis Ghislerii in Jeremiam Commentarii;* et pro occasione alii fontes critici in apparatu ad lectiones variantes jam allati, praesertim in lectionibus anonymis, pro quibus eandem secutus sum rationem, quam in lectionibus versionis nostrae ab editione Romana discrepantibus. In his notis praeter breviationes ullas jam declaratas usus sum istis: *ind.*

add., ind. sch., i. s.: ind. add. significat *indicem additionis*, alia *indicem scholii;* de quorum forma et vi in Prolegomenis disseram. In Baruch et initio Threnorum primam notam *ind. add.* omisi, licet satis significaverim additionem fieri in lectionibus allatis; sed si quis cupiat, en lectiones marginales, ad quas in notis meis adjiciatur: Baruch: I, 9, 14, 20. II, 13, 15, 26, 31. IV, 18. Thren. I, 13.

In notis demum attigi interdum *Familiam*, seu *Recensionem Lucianaeam* codicum Graecorum. Longum requirit sermonem, quem commodius rejicio in Prolegomena, de quibus nunc nonnulla.

Prolegomena fere tota typis erant parata, et ad partes reliquas quoque materiem in adversaria conjeceram; sed tum temporis defectu ex typographici operis morositate, tum etiam quia spero ex novis documentis ineditis alia addere, distuli edenda in proximo fasciculo; si tamen suffragia doctorum primo favebunt.

Quid sim tractaturus in Prolegomenis ex initio, quod dedi, quisque conjicere potest. Ideo enim dedi; licet illud typis iterum committam, quia quae conjeceram de loco Mosis Barcephae p. v, vera omnino reperi in codice Parisiensi, et suo loco sunt inserenda; quae autem de codicibus Musei Britannici innuebam tantum, in fontes ipse inquisiturus spero me daturum pleniora. Animadvertam tamen nonnulla. Plurima ex codicibus manuscriptis nostrae et aliarum Bibliothecarum proferam, ex quibus nova lux rebus tractandis adspergatur. Quaestiones se mihi offerentes et connexas operi meo nullas rejiciam, et si non solvam omnino, saltem proponam aperte. Tractationem de notis Origenianis prae ceteris a Grabe provectam, sed non perfectam ex defectu documentorum, a posterioribus vero ad nostra usque tempora et ad ipsum Tischendorf, *Monum. Sac.*, T. III (1860), p. XV-XVII, obscuratam magis quam illustratam, spero me ita eam acturum, a primordiis susceptam et ex monumentis cujusque generis impressis et manuscriptis, ut omnes difficultates dissolvam, origine etiam istarum in S. Epiphanio detecta, quem omnes veteres et recentes secuti sunt, ut si non declarationem, existentiam nonnullarum notarum admitterent; dum contra ex usu veterum ante Origenem, ex hujus et S. Hieronymi testimoniis, et ex critica in locos notis insignitos inquisitione statuendum est, Origenem praeter Asteriscum solum Obelum usurpasse, cujus formae multiplices in codicibus vetustissimis S. Epiphanio fraudi fuerunt, qui etiam satis conjicitur non tamquam de re sibi satis comperta loqui ex attenta ipsorum locorum ejusdem inspectione: quae vero de duplici nota conjuncta dedit ibidem Tischendorf ex Origene, optime confirmantur tum usu simili in Iliade codicis Veneti et Scholiis ei adjectis, tum versione syriaca Hexaplari Proverbiorum jam edita a Middeldorpf. Etiam quod ad codices Hexaplares et Tetraplares graecos attinet, et conditionem textus Origeniani, fuse persequar, et eam, quae necessario his connectitur, quaestionem de textu LXX ante Origenem; itemque ex conditione textus versionis nostrae syriacae et praesertim lectionum anonymarum tractationem quoque sumam de Recensionibus Luciani, Hesychii et subsequente textus graeci LXXviralis constitutione. Ad quae discutienda veteres ejusdem Versiones, quas quotquot potero etiam manuscriptas pro nonnullis partibus assumam, cum lucem afferent, tum vicissim illustrabuntur, quod attinet ad textus conditionem. Implexam igitur illam, ut apparet, aggrediar quaestionem de Familiis codicum graecorum, de qua praeter alia libellus extat Joannis Petri Nickes an. 1853 editus: *De V. T. codicum graecorum familiis.* De quo Arnold, in *Wissenschaftlicher Jahresbericht ueber das Jahr* 1853 (*Zeitschrift d. D. M. G.*, 1856, S. 654) ait: « Ueber « die griechischen Handschriften-Familien des A. « T. hat *Nickes* eine sehr nuetzliche und geschickte Arbeit geliefert, indem er das Buch Judith « zum Ausgangspunkte nimmt und daran die « Buecher Tobias und Esdras I. anschliesst ». Quae Fritzsche judicasse comperi ex *Jahrbuecher der B. W. von Ewald, V. Jahrb.*, 214, nondum vidi; ipse librum illum discutiam. Sed ne docti interim nimis illi fidant, sciant, quidquid sit de prima parte Tobiae et I Esdrae, qui libri vere Hexaplaris versionis sunt, in fundamento, quod supposuit Nickes, libri nempe Judith versione syriaca, plane in errorem prolapsum fuisse, inductum fortasse ab Augustino Scholz, infido saepe in hujusmodi rebus doctore; qui in sua *Einleitung*, I, § 175, versioni Hexaplari, de qua dixerat § 153, deputabat versionem syriacam omnium librorum deuterocanonicorum, qui in IV Tomo Polyg. Londinensium prostant; oblitus autem horum in Tomo II ejusdem *Einleitung*, § 135, omnino non deprehendens versionem Hexaplarem in prima parte Tobiae editi, verisimiliter eandem dicebat esse alteram versionem extantem in Bibliotheca Medicaea Romae; quamquam et hic Scholzii locus e fontibus excutiendus esset. Argumenta probantia Nickes, p. 7, nulla affert, quae evincant versionem syriacam Polygl. Londinensium esse Hexaplarem; contra lectiones versionis vere Hexaplaris, quas e suo codice excitavit Masius in suo *Syrorum Peculium* demonstrant aliam omnino ab hac esse illam. Vix enim in ullis vocibus, quod de versionibus syriacis e graeco textu expectandum, versio Masii concordat cum illa Londinensium. Qui vero inquiret in opus Nickes, assumptis testibus ex ipsis ejus placitis, in plura sane offendet, quae iisdem contradicant. Sed haec, ut dixi, fusius in Prolegomenis. In quibus etiam de ceteris versionibus syriacis aliis a Pescito agendum erit, tum textus, tum lectionum marginalium

nostrae occasione. De codicibus etiam versionis nostrae non brevis erit sermo, atque, sicut loquens de textus Origeniani conditione de graecis tractabo, unde est nostra versio, sic, ubi dicam de codicibus syriacis, ostendam quantum pro ipsa conditione externa isti vel in minimis de illis pendeant. Argumentum invidiae non expers sumam in parte tertia, in qua labores praecedentium dijudicandi quotquot noverim, et aliqui etiam docti viventes in judicium vocandi. Sed aeque alienus ab eo furore, quo plures docti inter se digladiantur, quam a personarum, quas nullas novi, acceptione, orta etiam ex mutuis laudibus, quarum novus homo nullum periculum subii, libros assumam judicii objectum, et rem peragam sine partium studio, et sine praejudiciis, quae nulla a nullo in his rebus mihi praeceptore imbibi, neque etiam a libris, quibus in judicandis numquam testimoniis alienis, sed meo eorum examini obsecutus sum, et, ubi vix possem, documenta allata cum fontibus comparans. Quo sane effectum, ut operum alienigenarum, quae circa rem biblicam et literas orientales versantur, et praecipue tractavi, eam caecam non imbiberem admirationem, quae quoad multa apud plures obtinet aliis de causis praeterquam e recta eorum aestimatione; subriderem autem non sine ullo indignationis sensu, videns quanto plausu exciperentur etiam ab aliquot e meis nonnulli illius generis studia tractantes in libris et ephemeridibus levibus, et multa vel mala fide, vel ignorantia, seu potius utraque insignibus, et vestem tantum exquisitioris scientiae aliqualem praeferentibus. Equidem non is sum, qui concives meos intra septa Italiae claudam; mihimetipsi contradicerem; sed liceretne mihi aliqua eos praemonere, ex bona saltem voluntate? Ne se humiliores putent quam sint; et ex eo quod ulli nos conculcent ex rerum nostrarum ignorantia vera, vel affectata, aut aliis de causis, ne nos omnino eorum contemptu dignos credamus, et revera esse quos dicunt, indigos qui saltem plura ab aliis sumamus. Animadvertendum enim in primis omnem nationem indolem habere sibi peculiarem, juxta quam ejus evolutio omnis dirigenda, ut et propria et perfectior et plenior fiat; curam autem primam esse, ut haec cognoscatur, ut illi attendatur in ipsa studiorum ordinatione tum quae in scholas sit inducenda, tum quam privati sequantur. Nec vero, ut genti modo e barbarie egredienti, hoc difficile nobis, qui jam epochas florentes plures habuimus, neque etiam nunc ruinam omnium rerum ruimus, puto. Omnia quidem exterarum nationum systhemata studiorum inquiramus, ut quod in nostrum usum converti possit, convertamus; sed antea nostra vetera pervestigemus pro nobis instituta, et ex plurima experientia et comprobata et in meliorem conditionem provecta. Praestantiora etiam doctorum cujusvis gentis opera perlegamus, sed ne nostra negligamus, a nostris pro nobis scripta, in quibus etiam, praesertim veteribus, inveniemus interdum, quae ut nova nobis obtruduntur.

Nec vero leviter omnia exterorum mei suscipiant, sed singula analysi severae subjiciant, judicio practico utentes, quod cum illa, nisi me patriae amor decipit, in eis prae ceteris deprehendi; in documenta oblata, in loca probantia allata subtiliter inquirant; non harmonico prima fronte systhemate sinant se abripi, quod revera justae partium omnium comprehensioni et aestimationi non innititur, nec percelli formulis, quae potius quam soli sunt nubibus irradiatis, quae evanescunt, comparandae, et in frequenti obscuritate non veritatem profundam, sed confusam nec eliquatam objecti apprehensionem saepe revelant; intime in omnia penetrent. Hoc, liceat dicere capta occasione, hoc cuperem ut fieret praesertim cum de philosophis Germanis agitur; qui, quantum novi, magna vi mentis et etiam phantasiae potius quam recta et a praejudiciis libera rerum investigatione commendandi essent, et fructus pepererunt a veritate profecto non expectandos. Quod dictum sit etiam de quammaximo apud plures Georgio Hegel, qui inter cetera in re politica quoque ea placita docuit ex suo systhemate, quae nec mihi, nec meis concivibus umquam probabuntur.

Haec de isto fasciculo et de Prolegomenis proxime edendis sufficiant. Reliquum ut quae parem in posterum, enarrem.

Ut quisque conjiciet ex initio Prolegomenôn, quod edidi, et ex partibus speciminis, non ineditos modo libros versionis Pauli Telensis, qui in Ambrosiano codice prostant, et, si potuero, eos etiam aliorum mss. evulgare molior, sed editos quoque. Quidquid enim jam protulerint Editores Bibliorum Polyglottôn Londinensium, Norberg, Bugati, Middeldorpf et Skat Rördam, examinavi, et ex editionum istarum perscrutatione in hanc deveni sententiam, ut iterum omnia edere curem. Ut aliquid pro re nata e Prolegomenis praeoccupem, Bugati quidem bene perfunctus est munere suo in Daniele, item fere in Psalmis; sed horum jam alia exemplaria textui constituendo suppetunt, quem ille ex uno tantum dedit. Duo mutila habentur in codice Musei Britannici n.° 14434, saeculo VIII adjudicata, quorum, antequam Catalogum ipse inspicerem, indicem una cum eo aliorum codicum textuum syriacorum Veteris Testamenti misit ad me D. S. Prideaux Tregelles, tres vero Psalmos mihi exscripsit et contulit ex utroque exemplari Edwardus Pusey. Ex quorum collatione cum codice nostro deprehendi unum exemplar cum eo concordare fere in omnibus minutioribus vel in punctis diacriticis, alterum vero paullo discedere ab utroque, sed tamen bonæ notæ esse. Tertium ipse reperi in codice syriaco Bibliothecae Imperialis Parisiensis, n.° 3 veteris catalogi,

ubi male indicatur codex ceu Vetus Testamentum complectens. Neque enim plenum textum habet, sed selecta versionis Pescito, Psalmos vero e versione LXX; quod in ipso eorum titulo in codice scribitur. Cum vero Psalmos XIV et XVII integros contulissem et loca sparsim, deteriorem utique textum Pauli Telensis inveni, sed qui tamen in ullis ceteros corrigat. Etiam Skat Rördam textum bene referre conjicio ex usu, quem cum nostra versione habeo. Sed Norberg in Jeremia et Ezechiele, Middeldorpf in magna hujus versionis parte, quam dedit ex apographo Norbergiano pro libris nostri codicis, et ex apographis Antonii I. Silvestre de Sacy et Jacobi Bruns pro IV Regum, infelicem nimis operam praestiterunt, ut ex codicum nostri ac Parisiensis collatione deprehendi. Non est hujus loci haec fusius prosequi: et quisque emunctae in his naris per se judicium ferre potest. Sed ne quidquam gratis affirmare videar, remitto pro Norbergiana editione ad errores, quos indicavit Bugati in calce *Danielis*, quos ipse omnes contuli et veros reperi, pro Middeldorpfiana vero ad *Threnos* in hoc fasciculo editos, quos non invidiose selegi, sed ea de causa, quod inter *Baruch* et *Epistolam Jeremiae* continerentur, quos libellos una cum *Sapientia Salomonis* statueram edere, quam temporis defectu ne darem prohibitus fui. De una autem textus editione nunc loquor; nam cetera tum quisque qui non delibaverit tantum, sed accurate ac diuturne hujusmodi studia sit prosecutus, judicare potest, tum ipse in Prolegomenis pertractabo. Quae demum Polyglotta Biblia exhibent, Psalm. CLI, III Esdrae et partem priorem Tobiae, ex pluribus codicibus emendare licet. Quod vero non cujusvis generis editionem nostra versio postulet, sed diligentem quae omnia ad unguem referat, jam docti intellexere, puto, magisque patebit in Prolegomenis meis, ex quibus quantum conferat ad universam crisin LXX et ceterorum Interpretum, et ad cognitionem constitutionis vel externae veterum codicum graecorum, amplissime illustrabitur. Si vero fere totum, quod extat, versionis nostrae vulgaverim, cur non et partes paucas, etsi bene editas, addiderim? Praesertim cum ex Barhebraeo et ad reliquos libros, et ad istas quoque nonnulla possim addere, quae editores neglexerunt, et, exigua licet, tamen in crisin textus conferunt; et ex ipsis codicibus nonnulla nova depromam, quae non modo Norberg et Middeldorpf, sed etiam Bugati in Psalmis et Skat Rördam omiserunt, ut inter alia, excepto Bugati in *Daniele*, Capitula praemissa plerisque libris, quae fortasse Pamphilo danda, et pretiosam adumbrationem veteris interpretationis in Prophetis exhibent. Illud demum animadvertam, quod doctorum studium in visitandis Bibliothecis acuere potest, non desperandum nempe de aliis praeter notos codicibus nostrae versionis reperiendis, qui sive nova exemplaria librorum, qui jam prostant, sive etiam nondum repertos libros vel fragmenta offerant; ut mihi contigit de Psalmorum exemplari Parisiensi.

Ut ergo patet, edam quae nostra Bibliotheca offert versionis syriacae e textu Origeniano, et quae habent aliae, si potuero, ut spero, eas adire. In primis vero libris vulgandis erit inedita Sapientia Salomonis, jam parata, si nonnullas in notis additiones excipias, ad quas concinnandas praeter alia, fere ut in hoc fasciculo, habui codicem Ambrosianum, B. 68. Sup., magni pretii, cujus specimen dedi in tabula lithographica, et duas versiones orientales adhuc ineditas. Prior est versio arabica ex nostra syriaca per Hareth ben Senan ben Sabat, qui longe antea floruit, ut alibi dicam, quam tradat Assemani, Cat. Bib. Pal., p. 61, et ex eo alii; cujus versionis adipiscendae ratio mihi docenda grati animi causa. Cum ex Assemani, l. c., codicem versionis Florentiae extare cognovissem, statim vidi utilem mihi futuram in libro Sapientiae, cui tunc vacabam ex uno codice syriaco, a cujus textu versio illa fluxerat, quidquid dicat Assemani, ut praeter alia ipsa utriusque collatio evincit. Adii igitur per literas, nimis profecto audax et importunus, virum clarissimum Bibliothecae Laurentianae tunc Probibliothecarium Ab. Josephum Bardelli, editis etiam operibus illustrem. Vix ipse per me fecissem, quod ille pro homine sibi ignoto praestitit. Ac primo, licet multum difficultatis intercessisset, specimen e cap. XIX Sapientiae misit, ex quo cognoscerem, utilene mihi futurum esset apographon libri. Post cujus fragmenti examen a me rogatus, ut totum librum describendum mihi curaret, nihil non egit, ut votis meis satisfaceret, ac demum perfecit per suum amicum Ab. J. B. Gavazzi, in Lyceo Pistoriensi Professorem. Quem Florentiae pro me commorantem ipse domi excepit ac aluit, quin a me compensationem ullam exigeret, quam imo aperte detrectavit. Si quid igitur utilitatis ex Harethi versione in librum meum dimanaverit, id tribuendum erit Bardelli et ejus amico Gavazzi. Qui quidem apographon confecit accuratissimum et, ut deprehendi ex usu et collatione cum longo specimine jam dicto, quod homo Aegyptius confecerat, correctissimum, quale expectaveris solum a viro in literis Arabicis apprime versato. Altera versio priori etiam pretiosior est Copto-Sahidica Musei Aegyptii Taurinensis. Ad quam exscribendam profectus an. 1858 cum literis commendatitiis Comitis Julii Porro ad Equitem Dominicum Promis, Regis Bibliothecarium, omnigena officia ab isto sum expertus; atque ipse me adduxit ad Assistentem Museo J. P. Orcurti (Director aberat), rebus veteribus Aegyptiacis doctum juvenem, qui una cum A. Fabretti, socio tunc suo, scientiae antiquarum dialectorum Italiae cultore eximio, meis laboribus exquisitissime faverunt. Hac versione uti mihi licebit ex parte etiam ad Pro-

verbia et Ecclesiasticum; non item in postremo Arabica Harethi, quae nulla extat in codice XVIII Bibliothecae Palatinae, ut per literas me docuit Bardelli post examen amici Gavazzi, licet Assemani aliter statuat l. c. Etiam ad hos et ceteros libros plura conferent codices graeci Ambrosiani. Nam, nisi aliter doctis visum fuerit, quidquid ad editionem versionis nostrae syriacae attinet, eam omnino rationem sequar, quam offero judicandam in hoc fasciculo.

En autem alia opera, quae e nostris codicibus vel inedita proferam, vel conferam cum editis. Afferam tantum quae paullo excussi, quorumve etiam editioni parandae manum jam admovi.

Quatuor Evangelia veteris recensionis, vel versionis latinae ineditae. Nonnulla attigit de hoc Codice Peyron, *Ciceronis Orationum pro Scauro etc.*, p. 126, partis prioris. Est e libris Bobii, char. Anglo-Saxone exaratus. Quidni reperiatur in eo archetypus versionis Anglo-Saxonis, et textus vetus, qui in Anglia obtinuerit? Quod doctis hujus insulae gratissimum profecto erit. Edam integra haec Evangelia.

Collatio 4 Evangeliorum recensionis Hieronymianae e codice seculi fere VI; pauca quae contuli mire conspirant cum codice Amiatino.

Sunt et nonnulla parva fragmenta latina V. T. ejusdem antiquitatis: horum quoque collationem dabo.

Fere totus tertius liber Historiae Ecclesiasticae, anonymae in codice, sed sine dubio dandae Gelasio Cyziceno. Nonnulla dedit jam Mai, *Spicil. Rom.*, T. VI; evulgandum totum susceperat Doctor Ambrosianae Joseph Robiati, sed morte praeventus non reliquit nisi partem exscriptam: omnia ex integro descripsi, et quam primum potero, dabo cum versione latina.

Veteris Testamenti graeci, praeter collationem aliquot codicum bonae notae, qui in Holmesio non comparent, totus edendus est insignis codex A. 147. Inf., seculi fere V, tribus columnis exaratus, cujus specimen, licet non satis pulcre successerit, exhibet tabula lithographica; quae tamen ductibus crassis et plenis scribuntur, posterioris manus opera sunt in codice et ex proposito dedi. Est Holmesianus VII, complectens fere totum Pentateuchum, et dimidiam partem Josue. Collatio in Holmes exhibita pessime curata fuit; et moneo doctos, ne ullatenus illi fidant, non modo quia plura omissa fuerunt, sed quia etiam falsa prolata. Multas est codex manus expertus, quae omnes deprehenduntur facile; abundat etiam lectionibus marginalibus; quae omnia plurimum crisin LXX juvare possunt. Integrum codicem exhibebo, paginis ac lineis ejusdem servatis, cum marginalibus omnibus ad calcem et notis, quae quidquid animadvertendum in codice est, offerent.

Novi Testamenti graeci habeo nonnulla Fragmenta Evangeliorum palimpsesta, charactere unciali deflexo scripta et saeculo IX non antiquiora, fortasse et posteriora: si non integra edam, saltem conferam. Ceteros codices N. T. minusculo char. scriptos, qui sunt plurimi, inter quos nonnulli magni pretii, non conferam, ne ab aliis distrahar, licet non omnes Scholz usurpaverit.

Reperi etiam codicem rescriptum, char. unciali deflexo exaratum, IX fere seculi. Constat foliis paulo plus 100; nondum pertentatus fuit nisi in paucis paginis hic illic; lectionis erit magna ex parte non difficilis ex subsidiis chemicis. Complectitur, quantum comperi, Homilias in Evangelia. Si post examen invenero ineditas esse, dabo; sin minus, forte nec collationem instituam.

Paralipomena Jeremiae graece descripsi e codice Bibliothecae regiae Braidensis, quem mihi indicavit Probibliothecarius ejusdem doctissimus J. Cossa. Est parvus libellus paginarum 19 in 8.° Idem opus, saltem si e titulo judicandum, extat etiam Aethiopice, ut me docuit H. Zotenberg. Aliquot lineas ex alio Ms. excitavit Wetstein in suo N. T. ad Marcum, XI, 13, quae omnino concordant cum nostro, nisi quod Wetstein ulla praetereat in medio, in nostro extantia, nec illius proposito inservientia. Est etiam locus, quocum affinitatem aliquam habet fabula Alcorani, Sur. II, 260, edit. Marr., 261, rec. Fluegel. Demum in ullis proxime cognatus est *Revelationi Baruch*, de qua mox dicam, cujus parti postremae fortasse alludit noster in fine. Fabulis scatet. Hunc librum cum varietate reperi graece etiam in Menaeo Ambrosianae Bibliothecae, mensis Novembris die IV, nonnullis etiam praemissis, quae ei referuntur. Chartacei sunt uterque codex et seculi fere XV; ambos assumam in editione.

Venio jam ad codicem syrum B. 21. Inf., inter pretiosissimos Europae sane numerandum. Specimen dedi in tabula lithographica. Continet, praeter libros canonicos V. T. versionis Pescito, de quibus postea dicam, plura alia omnino digna studiis doctorum. Habentur enim in eo praeter apocrypham Baruch Epistolam, editam in Polygl. Parisiensibus et Londinensibus, sequentes libri.

Liber Revelationis Baruch filii Neriae versus e graeco in syriacum, cujus finem constituit repetita Epistola Baruch modo allata cum aliqua varietate.

IV Esdrae cum hoc titulo: *Liber Esdrae scribae, qui vocatur Salathiel;* textum habet versionis Arabicae, cujus collationem dedit Fabricius, quamque deprehendi a Syriaca procedentem; atque a nostra fortasse fluxit et Armena edita in Bibliis vulgatis a Zohrab, quacum nondum contuli, uti neque cum Aethiopica. Ceterum in nostro codice hic liber praeit canonico, qui inscribitur: *Ejusdem Esdrae sermo secundus*, quocum ut unius libri conjungitur Nehemia. Etiam in versionibus Ara-

bica et Aethiopica dicunt IV Esdrae praeponi III Esdrae et canonicis Esdrae et Nehemiae.

III Machabaeorum editus in Polyglottis Londinensibus, qui occurrit et in alio codice Ambrosiano.

IV Machabaeorum, qui est versio libelli inter opera Josephi Hebraei sub titulo: ***De Machabaeis, sive de rationis imperio:*** cf. Fabricius, B. G., ed. Harles, V, 7-8. Affert hunc librum etiam Ebedjesu in Catalogo suo apud Assemani, B. O., III, 7. Fortasse supponit etiam S. Jacobus Nisibenus, Serm. V, n.° 15, p. 100, ed. Armenae. Extat quoque in alio codice Ambrosiano.

Sermo de excidio postremo Jerosolymae: est liber sextus Josephi Hebraei *De Bello Judaico.* Huic libro innuere videtur Dionysius Barsalibi (Assemani, B. O., II, 165), eodem titulo ab Ebedjesu affertur l. cit.; ex nostro autem argueretur non recte ibidem in nota totum Josephi opus *De Bello Judaico* subintelligi in verbis Ebedjesu.

Sane omnes libri, quos recensui, praeter primum, digni qui assumantur in crisin textus graeci, vel aliarum versionum, cum sint e codice antiquo versionis antiquissimae, et collationem, si non totos edam, ipse instituam. Priorem autem ineditum omnino, quantum novi, in proximo fasciculo evulgabo. Jam descripsi, et latine verti, atque in adversaria nonnulla, quae illustrant, conjeci. Est liber molis ejusdem, vix paulo majoris, quam Numeri, vel Deuteronomium. In ullis, ut dixi, cognatus est Paralipomenis Jeremiae, sed in summa longe illis dignior. Nonnulla etiam videntur mihi ex eo derivata in opiniones Monophysitarum, quas recenset Assemani, B. O., T. II in Dissert. de Monophysitis, et alibi. De Chiliasmo plura habet, non obscena tamen; ubi et locus occurrit, quem ex Papia S. Irenaeus excitat, exceptis tantum nonnullis in fine, quae in nostro desunt, et simpliciorem ideo indicarent textum, ac antiquiorem. Cum nostro libro puto concordare Fragmentum quod ex Armeno dedit Pitra in Spicilegio Solesmensi, et nondum novi nisi ex relatione Henrici Ewald in *Jahrbuecher der B. W., IV*, in fine. Si vero unum cum nostro esset, fortasse e syriaca versione fluxit, cum versio ipsorum Bibliorum primo e Pescito fuerit instituta, ex qua postea lectiones desumptae plures, nescio, utrum ab antea suscepta versione, an ex usu Pescito seriori. Ex his, quae dixi, supervacaneum monere, nihil commune esse libro nostro et libro *Baruch* haeretici Justini in Origenis, sive Hippolyti *Refutatione omnium haeresum*, V, 24-27. Fortasse contra noster est Baruch, quem Auctor Synopsis et Nicephorus nominant; cf. Fabricius, Cod. Ps. V. T., Ed. II, T. I, p. 1116.

Sed haec, quae codicem merito commendant, dixeris minorem laudem, si conditionem textus librorum canonicorum consideraveris, quos omnes continet, omisso Tobia. Quam omissionem tamen nullatenus ullus arripiat, ut ejus auctoritatem ab Ecclesia Catholica definitam mordeat; quia Monophysitae, a quibus codicem repeto, eum habent in aliis codicibus, et duplicem saltem ejus apud Syros versionem comprobat textus ejusdem in Polyglottis Londinensibus ex duobus consarcinatus. Hujus imo libri omissio cum ea Psalmi CLI et III Esdrae, quae omnia jure mireris primo obtutu deficere in codice nostro, omnium, quos novi, ditissimo vel adscititiis, cum occurrant in aliis pluribus mss., laudem codicis auget, cum arguat nullo modo eum pendere a versione Hexaplari, ex qua sunt prima pars libri Tobiae, Psalm. CLI, et III Esdrae aliorum codicum et editionum, et non referre ideo, nisi antiquissimam conditionem versionis Pescito, a versioni Hexaplari omnino liberam. Quod postremum tamen solum dico de codicis conditione primaeva; cum postea a secunda manu nonnulla inde adducta fuerint; cujus tamen et in hujusmodi et in ceteris exigua omnino opera et optime distinguitur a prima. Pauca autem adscititia Hexaplaris neutiquam mireris in codice e Coenobio Scetensi allato, unde habemus mss. Hexaplares Ambrosianum, Parisiensem IV Regum et Londinenses. Non ibi tamen exaratus codex noster, cum eo pervenerit, ut ex Inscriptione et Subscriptionibus patet, dono cujusdem Abuali Tagritensis, cum antea fuerit peculium coenobitae Damasco oriundi.

Ex usu codicis non perfunctorio ejus bonitatem deprehendi summam. Ut pauca indicem, in libro Job in lectionibus, quas Rhode (Gregorii Barhebraei Scholia etc. p. 7) collatis illis Barhebraei et Polyglottôn dijudicavit, noster cum illo vel istis consentit, prout meliora alteruter exhibet, excepto XXIX, 18, ubi noster cum S. Ephraemo facit, et XLI, 25. In Psalmis alios ab illis Editionum titulos exhibet, quorum primus Danieli Salachensi (apud Barhebraeum in Ps. I) suppositus erat. Nullum etiam *diapsalma* offendi in Psalmis, licet plura loca contulerim; cui rei merito attendes, si animadverteris notam de hac voce Jacobi Edesseni, saltem ceu de suo codice testantis, apud Barhebraeum ad Ps. X, init. (in Wiseman, Horae Syr., p. 105); qui alioquin dissonantia profert, aliunde melius declaranda. In Paralipomenis noster habet lacunas Editionum, sed non omnes; quae enim desunt in eis, lib. I, XXVI, 13 ad fin., et XXVII, prostant in nostro. Primus denique Machabaeorum ex alia recensione est, quam textus Polyglottôn. Ceterum codex simplicissimae est conditionis; Inscriptiones et Subscriptiones brevissimae, more antiquissimorum codicum, quibuscum facit et in orthographia; rubricae inter textum rarae, qui, praeter Threnos, continuae est scriptionis, etiam in ipsis Psalmis, ubi tituli interseruntur, linea non resumpta. Codex licet prima fronte a diversis scriptus videatur, ab uno tantum amanuensi repeterem post diligens examen, certe uno tempore scri-

ptus, nec omnino e diversis libris consarcinatus. Si demum consideraveris hunc unum codicem, quantum novi ex catalogis omnium fere Bibliothecarum Europae, uno tenore exhibere talem textum totius V. T. versionis Pescito, certe aequum judicabis, ut prae ceteris libris subjiciatur ceu fundamentum novae editioni criticae hujus dignissimae versionis.

Cui quidem jam a duobus fere annis animum ipse intendi, motus in primis usu continuo et numquam mihi prohibendo hujus codicis, quem etiam in opere curando subjicere typis potero, lectionibus inductis, quas crisis ex collatis codicibus et ceteris subsidiis suggeret, quorum multa quidem in ipsa nostra Bibliotheca mihi prostant. Equidem novi editionem ex suis pretiosissimis codicibus jam promissam ab Anglis duodecim fere abhinc annis; sed praeterquam quod nondum certa spes implendi promissi, quantum novi, affulget, non inutilis fortasse erit et mea opera; quae etiamsi per curas Anglorum evaserit, non poenitebit utique suscepti jam et tunc deponendi operis. Interim illi vacabo; nec quis me remoretur ex iis, quae edenda superius suscepi, subridens fortasse multiplici labori. In primis enim juvenis sum, et si demas incidentes fortuito, nec ex munere continue praestandas operas, quae tamen partem temporis mei minorem postulant, unum me debeo hujusmodi studiis, supra modum mihi dulcissimis. Si autem editionem versionis Hexaplaris exceperis, cetera leviorem et brevem operam desiderare quisque videt, et levamen fore potius illius editionis. Quae quidem, licet satis morosa, quin me ab ea versionis Pescito removeat, juvat et praeparat. Etenim unum e fontibus criticis ejus aperit, et mihi familiarem reddit maxime; cum in editione critica Pescito investiganda sint omnia quae a versione Hexaplari derivari potuerint, et ideo rejicienda, ut primaeva puritas restituatur. In notis praeterea editionis Hexaplaris usum disco faciliorem plurium subsidiorum pro crisi Pescito, versiones intelligo Armenam, Arabicas, Chaldaicas, et Hebraeum archetypum. Hic enim non in textu communi simpliciter assumendus, cum jam deprehenderim non raro ab isto discedere Pescito, ut lectiones singularium codicum sequatur, quorum conditionem saltem ex parte declarabo in Prolegomenis versionis Hexaplaris. Arabica versio pro pluribus libris vel editis vel mss., qui etiam ad manus sunt, est e versione Pescito. Armena plures ex hac lectiones suscepit, probabiliter ex origine, caute quidem assumendas, sed maximi faciendas. Chaldaicae demum paraphrases una cum pluribus libris Hebraeorum veteres horum interpretationes referentes, quarum multas in Pescito deprehendit J. Perles in *Meletemata Peschitthoniana*, omnino excutiendae sunt ei, qui hanc antiquam versionem edendam suscipit, in qua plura fortasse interpretamenta inde repetenda. Et haec quidem jam ex parte adumbrant rationem suscipiendae editionis. Pro subsidiis vero magis directis tum opera Patrum et Scriptorum Syrorum, quotquot nancisci potero, legam, tum editiones omnes, et codices et nostros et per Europam dispersos conferam, pretiosiores quidem totos, ceteros saltem in locis selectis post collationem omnium editionum et plurium e prioribus codicibus, animum etiam intendens, ut distinguam codices tum Catholicorum, tum Nestorianorum, tum Monophysitarum, ut inductas fortasse ex divisione textus mutationes sedulo notem. Ab his autem curis suscipiendis nec officium muneris me prohibet, cum pro hujusmodi studiis liceat doctoribus Ambrosianis ex eorum Constitutionibus vel ad annos abesse a Bibliotheca. Omnino editio critica V. T. versionis Pescito cum versione latina, prolegomenis et notis, in quibus varietates adducantur, testes quoque constituti textus exhibeantur, omnes vero discutiantur, praecipuum est votorum meorum, quod foveo amantissime, et quotidie recordor dulcissime, et recordans enthusiasmo corripior, quo soluto facilior mors mihi futura videtur. At nubes fortasse prospicio inanes, nec quidquam ausim promittere; sed liceat saltem aperire adolescentuli more spes meas. Interim tamen operam non intermitto; levaminis causa inter labores ceteros codicem pretiosum, de quo dixi, subcisivis horis describo, ad quem confero subsidia, quibus nunc uti licet, collaturus ad eundem in posterum et cetera; lectioni ejus attendo, ut textus et linguae ipsius indolem imbibam, ut inde juver in textu constituendo; quidquid demum occurrit, proposito meo utile, in adversaria conjicio. Hortor tamen et precor omnes, si qui sunt, qui idem opus susceperint, ut ne per me illud dimittant, quod perfectum vel me sine ulla ex mea parte invidia a meo retrahet, vel me adjuvabit, ut minus infeliciter meum peragam. Sed et semper non inutilem reputabo, mecumque, spero, consentient docti, etiam duplicem, triplicem a diversis diversa ratione institutam editionem versionis nostrae, quae antiquitate non cedit certe nisi uni LXX virorum; et derivata est a codicibus patriae archetypi, vel saltem huic vicinis et antiquissimis; et summa peracta fuit utriusque sermonis peritia et fidissima interpretatione; et usum continuum obtinuit a primordiis Christianae religionis in dignissima Ecclesia Syriaca, cujus partes vel a separationibus seculi V eam veluti communem thesaurum secum tulerunt, et fidissime conservarunt in variis ex partium separatione derivationibus.

Jam his, quae initio praefationis proposueram, satisfeci, totiusque fere vitae, quam Deus concedere dignabitur, operam delineavi. Si quid docti viri indicare voluerint, grato animo suscipiam; opto, ut judicent praesertim de ratione, quam in

notis editionis Hexaplaris sum secutus; sed fateor, quod tamen mihi non tribuendum, vix paucas Ephemeridas me posse inspicere, ex quibus eorum judicia mihi innotescant. Si quis autem prolata mihi indicaverit, lubentissime legam. Quae vero recta dixisse, vel correxisse alios videro, corrigam in proximo, qui ea excipiet, fasciculo et declarabo auctorem; si quae non a veritatis amore processerint, sed ab aliis causis repetenda fuerint, silentio premam, quatenus me attingant, juxta sapientem Constitutionum Collegii nostri legem.

Reliquum, ut aequi et grati animi ergo proferam nomina illorum, qui studiis meis et huic editioni faverunt, operamve aliqua ex parte contulerunt. Praeter plures, quos jam nominavi occasione declarandi quae mihi praestiterunt, tum hic, tum in aliis operis locis, Prof. Michael Amari praeter alia plurima benevolentiae testimonia me commendavit Reinaud, Conservatori manuscriptorum Bibliothecae Imperialis Parisiensis, a quo et a Renan omnibus, quae desiderari possunt, officiis cumulatus fui, cum codices Parisienses consulerem; ibidemque optimos expertus sum etiam ceteros mss. Conservatores, et eos librorum impressorum, licet nimis morosus nonnulla quaererem. Quod idem gratum est declarare de iis, qui Bibliothecis Braidensi et Musei Numismatum nostrae urbis praesunt, qui jam a pluribus annis paratissimos semper meis molestis postulationibus se praestiterunt, nec non de illis, qui Bibliothecae Athenaei Taurinensis sunt praepositi. Doctissimus Carolus Vercellone praeter alia tum misit excerpta operis Grabe, *De vitiis LXX* etc., tum plura docuit de Vaticano, quem ipse diu tractavit, codice celeberrimo, quibus utar in Prolegomenis. Etiam decus Italiae nostrae A. Peyron, cum audisset editioni Hexaplari me vacare, suarum in codicem nostrum curarum notitiam non rogatus scripsit. His quos rei literariae fautores dixerim, ex externis adjungendi fautores impressionis libri. Nobilis vir H. Marinoni, Orphanotrophii puerorum Director, intercedente etiam Rectore Sac. J. Giacchetti, gratis a parte Instituti duos bonos adolescentulos typorum compositores commodavit, hujusmodi studia in patria promovendi causa. Nec sua laude fraudandus E. De-Giorgi, Typographiae J. Agnelli, ut ajunt, protus, qui rem praesertim orientalem magno amore, intelligentia et diligentia curavit, summa cum patientia se praestans anxiis et minutissimis correctionibus meis. Sed nihil istorum opera promovisset sine favore eorum, quos nominare pergo. Multum nempe debeo Conservatoribus nostrae Bibliothecae ab anno 1855 ad 1859, qui me primo in eam induxerunt, deinde libentissime decreverunt, ut e Statutis Bibliothecae opus typis et impensis ejusdem prodiret; quorum vestigiis etiam eorum Successores insistunt. Quomodo demum gratias agam Doctoribus Bibliothecae nostrae, qui meum in eandem ingressum impense promoverunt, et deinde me in suum Collegium cooptaverunt, ex quo factum ut his studiis totus incumberem, quibus iidem perpetuo faverunt? Inter quos J. Dozio, molestiis omnibus posthabitis, curavit quoque diligenter, quae attinebant ad res typographicas. Quibus curis mei causa susceptis cumulavit beneficia, quibus mea jam a pueritia studia fovere coeperat, intercedentibus Dominico Dell'Oro, Parocho meo, et Sac. Augustino Legorini, quem praesertim promotorem institutionis meae sum nactus, cooperante etiam Sac. Josepho Pelli. His omnibus, et Seminariorum Mediolanensium Moderatoribus et Professoribus ceterisque, qui meis studiis utcumque faverunt, dulce mihi est gratias, quod tantum possum, hic agere ex intimo corde, in eosque referre, si quid umquam boni ex studiis meis proveniet in disciplinas quibus incumbo.

CORRIGENDA ET ADDENDA


In versione syriaca. P. 10. b: dele notam ad v. 30. P. 15. a, not. ad v. 9: *Finis*, pro uniformitate cum aliis locis lege *Explicit*. P. 16. a, not. l. 8: adde: in ܪܘ ܟܪܘܐܡܣܟܢܘ in rasura, non liquet qua manu. P. 18. b, not. l. 12: *v.* corrige *n.* P. 28. b, not. l. ult. corr.: *Theodoret*. P. 30. b, not. l. 18: lege *jucunditas*. P. 42. a, not. l. 29: post *video* cetera hujus notae dele. P. 48. a, not. l. 24: *verbi* corr. *verti;* et l. 29: *vinea* corr. *vitis*. Addam pro hac nota vocem ܟܪܡܐ in significatione *vitis* reperiri in Barhebraeo (Tullberg, *G. Bar Hebraei in Jesaiam Scholia,* Comm. lat. p. 4.), sed usus auctoris sec. XIII, qui et carmen scribebat et linguae arabicae familiaritate duci poterat, testatur tuto de usu nostri codicis? P. 49. b, not. l. 30: *sumsit* corr. *sumserunt*. P. 52. b, not. l. 9: adde: *et melius Ewald, Jahrb. d. B. W., V,* 213-4. P. 55. a, not. l. 2: post *linguae* adde: *et alteram, quae in primam recidit, status constructi*. P. 56. a, not. l, 23-4: scribe *Kennicott;* sic forte et alibi, non semper tamen. P. 61. a, not. l. 21-24: Syrus melius concordaret cum 26, 96, vel cum 88. Alia his minutiora, quae una alterave vice exciderunt in ulla e primis exemplaribus, in una interpunctione fere, per se corriget lector. Demum in farragine testium criticorum oblitus sum in Threnis pauca Fragmenta versionis latinae edita a Mai in *Spicil. Rom.*, T. IX, quae fere cum S. Ambrosio et Codicibus Recensionis, quam Luciano do, consonant: afferenda erant ad III, 26, 29, 30, 31, 32, 40, 41. V, 17.

In Prolegomenis. P. VI, l. 43-4: *Secunda Parte* corrige *Secundo Capite*.

In Fragmentis latinis. P. 1. a, l. 4: adde: *et Tischendorf e cod. Palatino,* l. 22: lege *systhematice*. b: quae de Palimpsesto dico, meliora legis jam in editione. P. 2. a, fin., b, init.: *colophon... decurtatum* corr. *titulus... decurtatus*. P. 9. a, l. 3 a fin.: *Praesidis* corr. *Praeses*. P. 24. b, l. 4: *sive* corr. *siue*.


Cod. A. 147. Inf.

chart. 1. r. col. 1. l. 9-10. Gen. XXVI. 16-17.




Cod. E. 3. Inf.

ch. 37 r. col. 1. l. 1-13. Bar. I. 1-3.



Cod. B. 68. Sup.

ch. 116 r. lin. 1-7. Sap. XI. 24-XII. 2.




Milano lit. frat. Terzaghi.


Giordani Delineò.

Cod. C. 313. Jnf.—


Baruch I. 22–II. 4. (ch. 138 v. col. II. l. 20–30)




Sap. VII. 14–15. (ch. 74. v. col. I. l. 17–27)



Subs. Sap.




Titul. Sap.




Cod. B. 21. Jnf. (ch. 237. v. lin. 1–10)


Paral. I. 32. 35



Paral. I. 1–8.



Eccli. LI. 22–27.



Milano lit. frat. Terzaghi.

Giordani Delineò.

FRAGMENTUM

EVANGELII SANCTI LUCAE

EX VETERE LATINA VERSIONE SEU RECENSIONE

PRAEFATIO.

Cum incidissem in vetustum Fragmentum latinum Evangelii S. Lucae differens ab opere S. Hieronymi, et a ceteris, quas ediderunt Blanchinus et Sabatier, sive Versionibus, sive Recensionibus, statim in primo ipso Monumentorum fasciculo edendum decrevi. Nolui tamen hic agere de iis, quae occasione hujus Fragmenti disputari possent quaestiones; quanam nempe ratione se habeat Versio sive Recensio nostra ad ceteras in illis operibus editas atque ad ipsam Hieronymianam, quam constat ex ipso S. Doctoris testimonio ad veteres jam illius tempore Codices Graecos, *nec qui multum a lectionis latinae consuetudine discreparent* correctam fuisse; et quanam iterum ratione se habeat in lectionibus suis ad testes antiquissimos N. T., atque adeo ad ipsius Recensiones. De quibus plura quidem a pluribus legi disputata; quae tamen, ut mihi videtur, satis infirmantur, qua parte adeo systematice definiuntur, tum dissensione Tractatorum inter se, tum argumentis ex historia et ex ipsa crisi desumtis, quorum plura congessit Schott in sua *Isagoge Historico-critica in Libb. N. F. sacros*, §§. 139-144. Nam utilis profecto tractatio esset, sed et otium magnum requirit et longas investigationes, fere ridicula vero appareret, si parvis istius Fragmenti reliquiis praeiret; ideoque opportune reservanda iis, qui, collatis undique copiis, inter quas dignissimae sunt Latinae Versiones sive Recensiones, rem ipsam a summis causis investigare et definire vellent. Hoc unum animadvertam, quod quisque per se fere in omnibus deprehendere poterit ex ipsa Griesbachii editione altera Novi Testamenti, textum Fragmenti plenum esse lectionibus, quae consentiant cum vetustis Codicibus Graecis, praesertim D, et cum antiquis Versionibus sive Recensionibus latinis. Criticis igitur quaestionibus omissis, reliquum est ut dicam, quae ad conditionem membranarum attinent, et ad rationem, qua eas exhibeo.

E bibliotheca Coenobii Bobiensis S. Columbani in nostram immigrasse membranas Fragmenti et, postquam alii Codici conjunctae fuissent, non multis abhinc annis compactas esse ad calcem Codici pariter Bobiensi C. 73. Inf., colligo ex pluribus, quae enarrare inutile criticorum studio et esset abutentis otio. De Codice C. 73. Inf. cf. Peyron in iis, quae de Bibliotheca Bobiensi scripsit in opere *Ciceronis Orationum* etc., p. 131 seqq. Cui notitiae liceat adjicere, partem primam Palimpsesti continentem *Reliquias Tractatus in Lucam* editam fuisse a Mai in *Script. Vet. Nov. Coll.* T. III, Part. II, p. 186, seqq.: alteram vero Palimpsesti partem non lacinias Veteris Italae cum alio apocrypho libro continere, ut mihi videtur, sed, quantum comperi ex pluribus paginis, quas mihi exscripsi, unum opus apocryphum, superstructum quidem Genesi in multis, quam etiam hic illic ad literam vertit, sed quod alia omnino diversa immiscet, prouti est etiam fragmentum, quod dedit Peyron loco cit., p. 134. Dignum tamen est quod edatur, tum quia caute assumptum utilitatis aliquid pro graeco LXX textu habere potest, tum pro sua antiquitate. In-

terim in Fragmento primo a Peyron dato p. 133-4 has exple lacunas ex ipso Codice, quas vir doctissimus et in legendis Palimpsestis versatissimus reliquit ex eo quod ex occasione tantum et brevi opera Codicem tractaverit: l. 4 *meo,* l. 15 *cognovit eum*, l. 38-9 *mihi et osculare me nate.*

Sed redeamus ad Fragmentum nostrum. Quatuor constat foliis confuse compactis, habentibus in quaque pagina duplicem columnam, et in omni columna lineas viginti sex. Membranae e tenuioribus sunt, candidissimae olim, nunc plurimum infectae, et in hodierna conditione post resectiones altae sunt 23 centim., latae 20 centim.: textus altus est 18 centim., et quaeque columna lata 7 centim. paulo plus. Folium tertium in medio lacerum est, unde lacunae habentur in quatuor columnis, quas ipse supplevi spatii et reliquiarum vocum habita ratione et unco indicans ubi lacuna incipiat, vel quo se extendat. In folio quarto autem sex lineae ab infra resectae fuerunt. Denique in folio tertio verso in prima columna literae adeo evanuerunt, ut summa difficultate erui possint, nec tamen omnes, et *cursivo,* ut ajunt, charactere dedi quas ipse supplevi, spatii semper habita ratione. Difficilior quoque lectu est altera columna, cui chemicum subsidium adhibitum fuit olim, unde arguitur alios quoque membranas inspexisse. Adeo enim nigrescit membrana, et literarum ductus sunt ita confusi, ut nonnisi summo sole, et textu graeco et aliis latinis Versionibus sive Recensionibus in subsidium vocatis, quod et in priori columna interdum factum est, colligere potuerim fugientes ductus. Quae ipse supplevi eadem ratione ac in prima columna, *cursivo* item charactere dedi, et dubitandi notam semper apposui, ubi mihi certa lectio non apparebat ex codice, quae nota tamen uni voci, vel vocis parti retrahenda, quam etiam uncis clausi. In ceteris membranis quoque, quae in aliquo deficiant, eodem *cursivo* charactere dedi singulas literas suppletas, quae tamen rarae sunt.

In fronte paginae rectae in medio colophon apponitur *lucanum,* versae item *secundum,* interdum una alterave litera in fine decurtatum: brevi simplicique ornatu circumcinguntur, literisque textus sed minutioribus scribuntur.

Character uncialis est, maxime sibi constans, nisi quod interdum ad lineae extremitatem contrahitur, vel etiam literas nonnullas connexas habet, ut *an, nt, ul, um, unc, unt, ur, us. Jesus* cum declinatis est semper *ihs, ihu, ihm,* lineola superscripta, similiterque *ds, di, do, dm,* et *dms, dmi, dmo, dom, dme* pro *deus* et *dominus* cum derivatis. *Christus* est *xrs* lineola item superscripta, qua etiam indicantur *m* et *n* in fine lineae. Ego semper integre scripsi.

In pericopas plus minus longiores dividitur textus, ad quas linea resumitur et initialis litera fere tota extra ordinem et paulo major, sed eadem forma ac ceterae usurpatur, quae etiam recurrit saepe initio columnarum, sed non retracta extra ordinem. Ipse quoque iis in locis majores literas assumsi et ex ordine linearum, ut in Codice fiebat, summovi.

Voces saepissime una alteri adhaerent, sine distinctione scriptae, interdum brevi intervallo disjunguntur, casune an arte, nescio. Saepe post commata spatium vacuum relinquitur, quod raro unam fere literam caperet. Cum legem certam in his non viderim, ipse voces omnes distinxi, nec spatii interdum interjecti rationem habui, cum de tam brevi fragmento agatur, nec arti criticae de hujusmodi pluris intersit. Punctum, ubi deprehendi, apposui, sed rarissimus est; interdum quoque potuit evanuisse ex membranarum vetustate; sed et in paginis integris bene servatis non reperi, ubi maxime apponendus fuisset.

Membranas Ambrosianas seculo VI non puto posteriores, fortasse etiam vetustiores sunt; data occasione specimen scripturae exhibebo, ex quo docti judicium ferent.

Cetera ex ipsa fragmenti editione habentur, in qua omnia ac ipsa sphalmata accurate retuli: ad membranas enim ipsas operas semel ac iterum contuli solicitus. Haec solum adnotanda: XVII, 8 puncta reprobationis nota et uncus apponuntur manu se-

riori: item XVIII, 41 super *s* vocis *quis* scribitur *d* manu altera: XVII, 10 post *praecepta* rasura est capiens *sunt* ex spatio, et ibidem *nequa* sic omnino scribitur, nulla pro *m* lineola superscripta, qua in scriptura cum nostro facit Evangel. Matthaei ex Cod. Claromontano olim, nunc Vaticano editum a Mai in *Script. V. N. Coll.*, T. III, P. II p. 260 et 275, Matt. VI, 23, XX, 15: XVII, 19 *s* in *illis* prima manu lineae ductu et puncto imposito reprobatur: XIX, 2 *et* ante *ecce* superscribitur prima manu: XIX, 32 ex conditione lacunae *stantem* non habebat membrana nostra: XXI, 7 secunda manu deletur lineae tractu *i* in *quid* et superscribitur *o*.

Reliquum, ut declarem me non omnes omnino Veterum latinarum Versionum sive Recensionum reliquias editas ad manus habuisse, ita ut certo certius mihi constet ineditum esse quod profero: si tamen ex alio Codice jam prostet, semper utilis erit textus Ambrosianus ex vetusto Codice saltem pro collatione.

FRAGMENTUM EVANGELII S. LUCAE

XVII. 3, 4 *f. 1. r. a.* Remitte illi si septies
in die peccauerit in te
et hic septies conuer-
sus fuerit ad te dicens
penitentiam ago re-
mitte illi
5 Et dixerunt apostoli
domino adauge nobis
6 fidem ·dixit autem
dominus si haberetis fi-
dem tamquam gra-
num sinapis dicere-
tis arbori eradicare
et obaudisset utique
7 Quis autem uestrum
habens seruum aran-
tem aut oues pascen-
tem uenienti de agro
numquid dicet ei tran-
si et recumbe sed di-
8 cet ei transi et recum-
be sed dicet ei) para
quod cenem et prae-
cinctus ministra
mihi donec mandu-
cem et bibam et pos-
r. b. tea manducabis tu
9 et bibes numquid gra-
tias aget seruo quo-
niam fecit quae prae-
cepta sunt non puto
10 sic et uos cum feceri-
tis quae praecepta...
dicitis serui nequa su-
mus quod debuimus
11 facere fecimus et fac-
tum est cum iret in hi-
erusalem et ipse tran-
siebat per medium sa-
mariae et galileae et
12 hierico et intrans in
quodam castello et ec-
ce ·x· uiri leprosi stete-
13 runt a longe et leuaue-
runt uocem dicentes
iesu praeceptor misere-
14 re nobis quos cum ui-
disset ait illis ite et os-
tendite uos sacerdoti-
bus et factum est dum
irent mundati sunt
15 unus autem ex his
v. a. Uidit quia curatus est
reuersus est cum uo-
ce magna honori-
16 ficans deum et·cecidit
in faciem ante pedes
eius gratias agens
et hic erat samarita
17 Respondens autem
iesus ait hi ·x· munda-
ti sunt ·uiiii· ex his ubi
18 sunt non est inuen-
tus qui reuerteretur
honorem dare deo ni-
19 si hic alienigena et ait
illis iesus exurgens ua-
de quia fides tua te sal-
20 uum fecit interro-
gatus autem a phari-
seis quando ueniret
regnum dei cum ob-
21 seruatione neque di-
cunt ecce hic uel illic
ecce enim regnum
22 dei intra uos est ait
autem ad discipulos
uenient dies cum

v. b. desiderabitis unam
dierum fili hominis
23 et non uidebitis et di-
cent uobis ecce hic et
ecce illic nolite ire neq·
24 sequi sicut enim ful-
gur sub caelo fulgu-
rans sic erit et aduen-
25 tus fili hominis prius
autem oportet eum
multa pati et reproba-
26 ri a gente hac et sicut
fuit in diebus noe sic
erit in diebus fili homi-
27 nis manducabant bibe-
bant nubebant uxo-
res ducebant usque in
die qua intrauit noe·
in arcam et uenit di-
luuium et perdidit om-
28 nes similiter factum
est et in diebus lot· man-
ducabant bibebant
emebant uendebant
plantabant aedifica-
29 bant qua die exiit lot·
XVIII . . . .
39, 40 *f. 2. r. a.* Li dauid miserere
mihi stans autem
iesus iussit eum addu-
ci qui cum adductus
esset interrogauit
41 eum dicens quis uis
tibi faciam ad ille ait
42 ut uideam domine et res-
pondens ait illi iesus as-
pice *f*ides tua te saluum
43 fe*c*it et confestim res-
pe*x*it et sequebatur
eum magnificans
deum et omnis populus
uidens dedit laudem
XIX. 1 deo et ecce ingressus
pertransiebat hieri-
2 cho et ecce uir nomine
zaccheus et hic erat
princeps publicanus
3 et locuples et quaere-
bat uidere iesum quis
esset et non poterat
prae turba quia statu-
4 ra breuis erat et prae-
currens ascendit in
r. b. arborem sycomorum
ut uideret eum quia
per illam partem tran-
5 siturus erat et factum
est cum transiret iesus
respiciens susum ui-
dit eum et dixit zac-
chaee festinans descen-
de quia hodie in domo
tua oportet me mane-
6 re et festinans descen-
dit et excepit eum gau-
7 dens quo uiso omnes
musitabant quia ad
uirum peccatorem in-
8 troiit manere stans
autem zaccheus ait ad
dominum ecce dimidium
bonorum meorum
do egentibus et si cui
aliquid fraudaui red-
do quadruplum
9 Ait autem iesus ad illos quia
hodie salus domui hu-
ic facta est quoniam
et hic filius abraham
10 *v. a.* Est uenit enim filius
hominis saluum fa-
cere et quaerere quod

11 perit audientibus au-
tem haec addidit dice-
re similitudinem quo-
niam esset prope hie-
rusalem et quia puta-
rent confestim reg-
num dei declarari
12 Ait ergo homo quidam
nobilis abiit in regio-
nem longinquam
accipere regnum et
reuerti
13 Uocatis autem ·x· ser-
uis suis dedit illis de-
cem mnas et dixit
ad eos negotiamini
14 dum uenio ciues au-
tem eius oderant eum
et miserunt legatio-
nem post illum dicen-
tes nolumus hunc
15 regnare nobis et fac-
tum est ut rediret ac-
r. b. Cepto regno iussit uo-
cari seruos quibus de-
dit pecuniam ut sciret
quis quid negotiatus
16 esset uenit ergo primus
dicens domine mna tua
decem alias adquisiuit
17 et ait illi euge bone ser-
ue in modico fidelis
fuisti esto potes*t*atem
habens supra dec*em*
18 ciuitates et uen*it* *ali*-
us dicens domine mna
tua fecit quinque mnas
19 et huic ait et tu esto
supra quinque ciuita-
20 tes et alius intrauit
dicens domine ecce mna
tua quam habui repo-
21 sitam in sudario quia
timebam te quoniam
homo austerus es tol-
lis quod non posuisti
et metes quod non
22 seminasti ait illi ex o-
re tuo te iudico homo
f. 3. r. a. sciebas quia ego aus-
teris sum tollo quod
non posui et meto
ubi non seminaui
23 et quare non dedisti
pecuniam meam ad
mensam et ego ueni-
ens utique cum usu-
24 ra exigissem et ad-
stantibus ait aufer-
te ab eo et date illi qui de-
25 cem mnas habet et di-
xerunt ei domine habet
26 decem mn(*as dico? uo*-
bis omni h(*abenti da*-
bitur ab eo a(*utem qui*
non habet et (*quod ha*-
27 bet auferetur (*ab? eo? ue*-
rumtamen in(*imicos*
meos illos qui no(*lue*-
runt me regnare s(*u*-
per se adducite hoc
et occidite ante me
28 et cum dixisset haec
abit in hierosolyma
29 Et factum est cum ad-
r. b. propriaret betphage
et bethania et ad mon-
tem qui uocatur oli-
uetum misit duo de
30 discentibus dicens
ite in castellum quod
contra est ubi intro-

euntes inuenietis pul-
lum alligatum supra
quem nemo sedit
hunc soluite et addu-
31 cite et si qu(*is?*) uos inter-
rogaverit) sic dicetis
quia? do)mino opus est
32 *abeuntes? a*)utem qui
missi? eran?)t inuene-
runt sicu)t dixit illis
33 *pullum?*) soluenti-
bus aut)em illis pul-
lum dixe)runt domini
e)ius ad illos quid sol-
34 uitis pullum ad illi di-
xerunt domino opus est
35 et adduxerunt illum
ad iesum et iactantes
uestimenta supra
r. a. pullum inp*osuerunt*
36 iesum eunte autem
ipso substernebant
ei uestimen*ta* sua *in*
37 uia et prox*imante*
eo iam ad di*scensum*
montis olíueti coe-
perunt *uniu*ersa
multit*udo* gauden-
tes laudare deum uo*ce*
38 magna dicentes be-
nedictu*s* qui uenit
in nomin*e* d(*omini bene*-
dictus rex (*pax in coe*-
39 lo et gloria (*et? quidam?*
de farisae(*is de? turba?*
dixerunt a(*d illum? ma*-
gister incr(*epa illos?*
40 ad ille dixit e(*is dico uo*-
bis si isti tac(*uerint? la*-
41 pides clamabunt e(*t*
cum adproximaren*t*

uidens ciuitatem fle-
uit super illam dicens
42 quoniam si scisses tu
in die hac quae ad pacem
r. b. tibi erant nunc autem
absconsa sunt ab ocu-
43 lis tuis quoniam ue-
nient dies super te et
cingent te inimici tui
uall(*o?*) *et? circumda*-
bunt *te* et obs*idebunt*
44 te undique et ad terra*m*
te prosternen*t et* fili-
os qui in *te* sunt et non
relinquent lapidem su-
pra lapidem in *te* uni-
uers*a* (.... *q*)uod non
cognoueris?) tempus
uisitatio?)nis tuae
45 *Et? ingress*)us in templum
coepit e)xpellere uenden-
tes e)t ementes et
mens)as n*um*mulari-
or)um euertit et cathe-
d)ras uendentium co-
46 lumbas dicens eis quia
domus orationis est
uos autem fecistis eam
speluncam latronum
47 et erat docens cottidie

. . . .

XX. 46, 47. *f. 4. r. a.* uiis qui deuorant do-
mos uiduarum oc-
casione longa oran-
tes hi accipient maio-
rem damnationem
XXI. 1. Respiciens autem uidet
eos qui mittebant in
gazophilacium ipso-
2 rum diuites uidit au-
tem et quandam uidu-

am pauperem mitten-
tem quadrantes duo
3 et ait uere dico uobis
uidua paupera haec
plus omnibus misit
4 omnes enim hi de exu-
perantia sua miserunt
in dona dei haec autem
ex eo quod deest illi om-
nem uictum quem

. . . .

6. *r. b.* ent dies in quibus non
relinquetur hic lapis
supra lapidem in pari-
etem qui non destru-
atur
7 Interrogauerunt au-
tem illum dicentes
magister quando er-
go haec erunt et quid
signum cum haec erunt
8 futura ad ille ait uide-
te ne seducamini mul-
ti enim uenient in no-
mine meo dicentes
quia ego sum christus et tem-
pus proximum est no-
lite ire post eos
9 Cum autem audieritis
bella et seditiones no-
lite expauescere opor-

. . . .

11. *r. a.* magnus circa loca
et pestes et fames erunt
et terrores de caelo
et signa magna erunt
12 et tempestates ante
haec autem omnia
inicient manus suas
in uos et persequen-
tur tradentes in syna-
gogis et in custodias
trahentes ad reges et
praesides propter no-
13 men meum euenient
autem uobis haec in
14 testimonium ponite
ergo in cordibus ues-
tris non ante medita-
re quomodo rationem
15 reddatis ego enim da-
bo uobis os et sapien-

. . . .

16. *r. b.* bus et cognatis et ami-
cis et morte adficient
17 uos et eritis odibiles
omnibus gentibus prop-
18 ter nomen meum et
capillus de capite uestro
19 non peribit in uestra
patientia adquiretis
animas uestras
20 Cum autem uideritis
circumdari ab exerci-
tu hierusalem tunc sci-
etis adpropinquasse
21 desolationem eius tunc
qui in iudea sunt fugi-
ant in montibus et qui
in medio eius erunt
discedant et qui in agris
sunt non intrent in
22 eam quia dies ultionis

. . . .

FRAGMENTA

PARVAE GENESIS

ET

ASSUMPTIONIS MOSIS

EX VETERI VERSIONE LATINA.

Rescriptum codicem, de quo dixi in Praefatione ad Fragmentum Evangelii S. Lucae, totum legi, vix ullis exceptis, et inveni Fragmenta duorum operum, quae, quantum novi, inedita sunt, prius idque longe maxima pars codicis quoad versionem latinam, alterum vero crederem omnino. Folia enim 40 complectuntur paullo plus quam quartam partem *Parvae Genesis*, seu *Libri Jubilaeorum*, 8 vero partem *Assumptionis Mosis*, omnia ex veteri latina versione. De utroque libro et de codice pauca.

Fere totum rescriptum codicem legeram, et quid complecteretur deprehenderam ex iis quae ex antiquis habentur apud Fabricium, Cod. Pseud. V. Test., Edit. II, T. I, p. 839-47, 849-64, cum incidi in notitiam *Libri Jubilaeorum* anno elapso editi a Dillmann, quem vix dubitavi unum idemque esse cum *Parva Genesi*. Cum vero occasione mei Parisiensis itineris interrogassem H. Zotenberg, ad quem, ceu harum rerum peritissimum, me remiserat Reinaud, Societatis Asiaticae Parisiensis Praesidis, etc., ille dubia humanissime resolvit ac certiorem fecit de edita jampridem versione Germanica ex Aethiopica per eundem Dillmann in *Jahrbuecher der BW.* editis ab Ewald, Jahrb. II, III. Utrumque opus comparavi, ex quorum inspectione magis motus fui, ut etiam versionem *Parvae Genesis* latinam evulgarem. Quamquam enim haec mutila sit mirum in modum, plurimum tamen conferre deprehendi in crisi textus libri nostri. Equidem non is sum, qui e codicis aetate ejusdem bonitatem judicem; sed aliquid sane est pars libri e codice quinti seculi, cujus editio ab apographis recentissimis facta est, quorum conditionem paullo corruptam ipse editor fatetur in Praefatione ad edit. Aethiopicam; idque multo magis si haec pars aliam originem habet. Quod vero maximum est, nostra versio, ut cuique patet, qui vix inspiciat, adeo tenax est Hebraici archetypi contra leges ipsas latinae linguae, ut ejus fidissimus testis sit habenda. Num tamen ab Hebraeo immediate profluat, non ausim affirmare, cum e Graeca versione ab illo serviliter expressa potuerit nostra illius idiotismos referre, ut patet factum in veteribus versionibus latinis Psalmorum e LXX. Diligens libri examen ad hoc institutum offeret fortasse locutiones et

sphalmata a Graeco textu repetenda. Pro ipsa demum textus Aethiopici interpretatione aliquid spero collaturam nostram versionem; quod quantum futurum sit, judicabit ipse Dillmann, vel quisquis novam illius versionem molietur. Sed quidquid sint omnia ista, docti, ut confido, non ingratum munus dicent editionem Fragmentorum veteris versionis latinae hucusque incognitae operis curiosissimi, quod plurimum usurparunt Graeci, non ignoraverunt Latini, et usum videtur habuisse non minimum inter ipsos Hebraeos. Qui vero veteri orthographiae latinae dant operam, bonum in membranis nostris documentum habebunt. Verum ut in haec omnia diligentius inquiram, otium deest, et satius puto aliis relinquere, ut operibus ineditis vel male editis Ambrosianorum codicum operam navem.

Nec illa igitur quae Veteres servarunt libri nostri, ullatenus attingam; adeat qui velit Fabricium l. c., et Dillmann ad calcem versionis Germanicae, qui plura de libro commentatus est, et auctores, quos idem excitat in Praef. ad Edit. Aeth. p. X. Animadvertam tamen Eusebium in *Chronico,* ed. Mai, S. V. N. C., VIII, p. 281 et seqq., saepe adscribere ***Jubilaeos secundum Hebraeos, juxta Judaeorum traditionem*** et similia, sed qui annis quinquaginta constent, cum in nostro numerent tantum quadraginta novem. Unde hauserit, et quamnam cum nostris relationem habeant, non indagavi. Addam etiam locum Decreti Gelasii, quem sic excitat Fabricius, l. c. p. 864: ***Liber qui appellatur de filiabus Adae sive Geneseos,*** quod quidem in aliis Conciliorum Collectionibus occurrit, plenius et rectius, ut puto, scribi in codicibus vetustis apud Mansi, Conc. Collect., T. VIII, col. 167-8, in quibus post: ***Liber de filiabus Adae*** alius adjicit ***Licto ageneseos,*** alius ***Lectum geneseos apg.,*** alius ***hoc est Leptogenesis, apocryp.,*** alius demum sic totum locum exhibet: ***Liber qui appellatur Adae lepto geneseos.*** Ex his apparet vere nostrum librum eundem cum illo esse, et solum titulum graecum corruptissime in pluribus fuisse scriptum; praesertim si coaluisse duplicis operis titulum in illis codicibus dixeris, quod tamen vix crederem. Nam etiam titulus ***de filiabus Adae*** potuit fortasse libro nostro indi, ut alii apud Aethiopes, qui tamen rectiores sunt; sermo enim quoque de filiabus Adae in libro occurrit, cum Genesis nullam peculiarem earum mentionem injiciat.

Continenter ***Parvae Genesi,*** ut apparet ex eadem scriptura et ex numero ***quaternionum,*** quem indicabo in notis, prosequente ab iis illius libri, sequitur pars ***Assumptionis Mosis***, quam ineditam omnino puto, si tamen alia omnino a libro ***Petirat Mosceh***, de quo nonnulla habes in Fabricio, l. c., praesertim ex Edwardo Bernhardo ad ***Josephi Hebr. Antiq. Jud.,*** Lib. IV, Cap. ult., quae prostant etiam in Editione Havercampi. Hebraeum librum mihi legere non contigit. Nec tamen, si idem esset ac nostra ***Assumptio,*** ullus, spero, damnabit Fragmenta vetustissimae versionis latinae. Eundem Fabricium lege, loc. c., pro ceteris quae ex hoc libro afferunt Veteres. Inde ego adducam locum ***Act. Concilii Nic.,*** qui primo folio nostri codicis refertur, quocum confer, et testatur de veritate ***Assumptionis Mosis*** in nostris membranis. Est autem locus: Μελλὼν ὁ Προφητης Μωυσης εξιεναι του βιου, ὡς γεγραπται εν βιβλῳ Αναληψεως Μωυσεως, προσκαλεσαμενος Ιησουν

υἱον Ναυη, και διαλεγομενος προς αὐτον εφη· και προεθεασατο με ὁ Θεος προ καταβολης κοσμου ειναι με της Διαθηκης αὐτου μεσιτην.

Hic pariter liber, qui stichos habebat 1100, vel 1400 (cf. Fabricium, l. c., p. 840, Crit. Sacr., ed. Amstel., T. VIII, P. III, col. 7), mutilus est in membranis nostris et octo tantum folia complectitur. Nec tamen certus sum, num omnia omnino eidem pertineant. Probabiliter quidem folium quartum e contextu tertii est continuatio, eidemque quintum conjungo, lacuna interjecta, ex cognata substrata materie; sed alii aliter judicent, per me licet; cetera folia recte disposuisse mihi videor e nexu quo alterum alteri conjungitur.

Quanam lingua primitus fuerit liber exaratus, si alius a *Petirat Mosceh,* non habeo quo definiam. A Graeco sive archetypo, sive versione profluxisse latina videtur ex ullis locis. Hanc supponit fortasse locus Epistolae Evodii ad S. Augustinum apud Fabricium, l. c., p. 845, in quo *Assumptioni Mosis* adluditur, collatis quae praecedunt p. 842-3 e Clemente Alexandrino. Num demum extet liber noster in illa Apocryphorum gaza Aethiopica, nescio. En autem quod rescripsit mihi H. Zotenberg, qui plurimam Aethiopicis literis operam dat, et brevi documenta proferet diligentiae suae: *Parmi les nouveaux livres apocryphes, que vous citez dans votre lettre il n' y a que deux, qui ne se trouvent aussi dans le canon Ethiopien; ce sont l'*Assumptio Mosis *et le* Liber Revelationis Baruch. *Peut-être existent-ils aussi.*

Jam nonnulla de codice. Is erat olim Bibliothecae Coenobii Bobiensis, ut dixi in Praef. ad Fragm. S. Lucae, p. 1, quem locum cf. una cum opere Amedei Peyron ibidem allato. Notent vero lectores partem Excerptorum Eugyppii e S. Augustino secundam scripturam habere, ut inquirant, si quid aliud nostrorum operum reperiatur in aliqua, quae extet, parte ejusdem codicis inter Bobienses, qui in plures alias Bibliothecas distracti fuere, Vaticanam nempe, Taurinensem, fortasse et alias.

Codex rescriptus duas columnas habet et membranae margines adhuc adeo latos, ut nihil in novo usu deperditum fuerit. Vix unum alterumve folium physico nexu alteri adhaeret, et fere totus codex constat singularibus foliis omnimode versis et confusis, ut apparet ex numero, quem ex dispositione pro superjecta scriptura gerunt et apposui initio cujusque codicis paginae. Ego enim, lineis ipsis codicis semper servatis, duplicem columnam in unam compegi, adnotato tamen semper literis *a* et *b,* ubi quaeque incipiat. Paginae igitur 48 editionis exhibent codicis paginas 96. Has disposui in *Parva Genesi,* ut versio Aethiopica docebat, in *Assumptione Mosis* e rerum nexu. Numerus Romanis notis expressus ad marginem editionis primi operis remittit ad capita in ejusdem versionibus Aethiopica et Germanica a Dillmann adscripta. Quaeque pagina alta est 29 centim. fere, lata fere 24; columnae altae 21 fere, nisi numerus linearum excedat, latae simul sumptae cum margine interiori 19, singulae 8, paullo plus, sed in utraque columna literae initiales fere spatio dimidiae literae praescribuntur, et saepe in fine lineae minoribus fere semper literis paullo scriba praetergressus est. Lineae in quaque columna 24, nisi quod rarissime linea una, vel voces adduntur inferius: omnia dedi prout in Codice extant. Initiales literae, quae et in contextu interdum

occurrunt, paullo majores ceteris sunt; dedi ubi deprehendi. Interpunctio, quae est ad verticem literae, rarissima est; ubi vidi apposui, sed membranarum rescriptarum conditio non sinit, ut ubique colligatur. Breviationes et alia minutiora ante notas attingam, cum post novam codicis pertractationem in ipso editionis actu plenius dicere potero. Peyron scripturam primam, l. c., p. 131, seculo quinto adsignat; ecquis tanto judici refragaretur? Specimen data occasione fortasse proferam.

Non magna correctione sese commendat codex, praesertim in *Assumptione Mosis*. Omissis enim quae a tenaci verborum versione sunt repetenda et in Grammaticam quoque mire peccant, sunt plura quae nonnisi librarii oscitantiae sunt tribuenda. Prioris generis sphalmata nullus correxerit, cum indolem versionis referant, neque refictores nos decet esse versionis, sed editores. Cetera, nonnulla, cum de latino textu agatur, quisque facile corriget per se, et melius me, cum doctis viris haec cudantur, plura nonnisi ex alio codice emendari possunt, vel in *Parva Genesi* ope textus Aethiopici, cujus saltem versionem Germanicam quisquis assumet in usu nostrae versionis, et per se ideo poterit facere. A conjecturis enim summopere abhorreo, quae, ut plurimum, non textum redintegrant, sed editoris commenta illi obtrudunt. Mei tantum officii id arbitratus sum, ut maxima qua potui fide codicem exhibeam ex iterata membranarum inspectione; quae autem in ipsa editione repraesentare non potui, in notis attigi.

De mea in legendo codice opera non est quod dicam. Pars codicis est facilis, pars difficilis, hic illic difficillima, vel etiam talis, quam legere non potui, et punctis indicavi. Textum Aethiopicum et ejusdem versionem accepi post lectum totum codicem, si quinque in summa vel sex paginas excipias, computata vel minima lacuna; ex illis subsidiis nonnulla alia deprompsi, cavens tamen ne ex iis legere mihi persuaderem, quae vere non deprehenderem in codice. Perpaucas lacunas adhuc relictas legere fortasse continget in nova membranarum investigatione, et mente ex otio ab hujusmodi renovata et alacriori facta. Ceterum si quis membranas inspicere velit ac lectionem tentare, per me licet. Sciat tamen nullo novo chemico subsidio pertentandas esse. Mihi enim constat quam parum caute id conentur nonnulli, qui dummodo hac ratione possint, aut putent se posse legere, vel membranas non suas perdere nihil curant, subducentes posteris documenta, quae ii novis scientiae chemiae inventis tutius legent, aut saltem novis curis subjicient. Quidquid salvis membranis effici potuit, puto factum ab amico D. Antonio Ponzio, addicto Archio Diplomatico Mediolanensi, qui artem subsidiorum evanidos characteres et rescriptos codices legendi diligentissime excoluit. Isti debent lectores plures nostri codicis paginas, et ego gratias ei ago quam maximas pro summa quoque alacritate, qua omni suo commodo posthabito saepe ad Bibliothecam veniebat horis quae opportuniores mihi essent, ut operam suam praestaret.

Qui demum codicem rescriptum tractarunt mihi noti, sunt Card. Mai, ut puto, et Peyron, nescio quis prior. Illum, cum Bibliothecae addictus erat, tentasse Codicem, ut alios rescriptos, qui in ea extant, arguo e genere subsidii chemici adhibiti ad dimidiam fere partem membranarum;

num exscripserit aliquid, ignoro; totum codicem non legisse certo constat ex eo quod plures paginae non tentatae sine auxilio chemiae legi omnino non poterant. De Peyron, vide ipsum loc. cit., ubi dedit duo specimina nostrorum operum. Selegit e *Parva Genesi* pag. 79, ex *Assumptione Mosis* partem pag. 86. Apocryphis haec deputabat, *Italae Veteri* illa, eo adductus, quod pag. 79, vix commate excepto, cum sacro textu consonet. Cum autem Fragmentum istud extet in opere, a quo nemo haec quaesierit, ideo puto subterfugisse doctos viros, quos legi de *Libro Jubilaeorum* tractantes, ipsumque Dillmann, casu omnino curioso, cum liber Peyroni editus fuerit an. 1824 Stuttgardiae et Tubingae, in qua postrema urbe primo versio Aethiopica innotuit per H. Ewald, ac dein translata fuit a Dillmann.

62. *a*. et inhabitauit illic
XIII annis duobus
Et promouit inde
in austrum usque ba-
halot et facta est
famis super terram
et abiit abram in ae-
gyptum anno tertio
septimani et inha-
bitauit in terram
aegypti quinque annis
priusquam rapere-
tur uxor ipsius ab eo
et taneos ciuitas ae-
gypti tunc aedifica-
ta est annis septem
post cebron
Et factum est cum
rapuisset farao sa-
ram uxorem abram
quaestionauit dominus
faraonem et domum
eius quaestionibus
magnis propter
b. saram uxorem abram
et tunc abram glo-
rificauit diuitiis ual-
de omnibus ouibus et
bubus et asinis et
camelis et equis et
seruis et ancillis
argento et aro ual-
de etenim et loth
filio fratris sui e-
rant diuitiae Et red-
didit farao saram
uxorem abram uiro
suo et eiecit eum
de terra aegypti
et peruenit in locum
ubi fixerat taber-
naculum suum in
primis in locum al-
tarii agge ad orien-
tis partem et betel
a mare et benedixit
dominum deum suum qui
reuocauit eum in pa-
ce

61. *a*. Et factum est in qua-
dragensimo et primo
iubeleo anno tertio
ebdomadarum pri-
mi reuersus est in
locum hunc et obtu-
lit olocaustomata
et inuocauit in no-
mine domini tu es deus ex-
celsus deus meus in
saecula saeculorum
Et in no quarto septi-
manarum huius se-
paratus est loth ab
ipso et inhabitauit
sodomis et homines
sodomitae pecca-
tores erant ualde
et iniqui in cordibus
suis propter quod
separatus est loth
filius fratris sui ab
eo eo quod non erant
illi filii captiuatus est
b. loth ab ·ipso· In quar-
to autem anno sep-
timani huius iubelei
ipsius dixit deus ad abram
eleua oculos tuos
de loco ubi sedes tu
ad occasum et afri-
cum et orientem
et septentrionem
quoniam omnem
terram quan tu ui-
des tibi et semini tuo
dabo eam in saecula
et ponam semen
tuum sicut harena
maris etenim semen
tuum non enume-
rabitur· Et tu ex-
surgens perambu-
la latitudinem eius
et uide uniuersa quia
semini tuo dabo eam
Et abiit abram in ce-
bron et inhabitauit

52. *a.* illum et multiplica-
XV bo eum et adaugam
eum ualde Nam duo-
decim principes ge-
nerauit et ponam
eum in gentem mag-
nam et testamen-
tum meum statuam
cum isac quem pari-
et tibi sarra secun-
dum tempus hoc in
anno ueniente·
Et consummauit lo-
quens cum ipso et
ascendit deus ab abra-
ham et fecit abraham
quemammodum di-
xit illi deus et accepit
ismael filium suum
et omnes domina-
tos suos et empti-
cios omnem ergo
masculum in domo
sua circumcidit carnem
b. praeputii ipsorum
in illo tempore·
Et circumcidit se
abraham in illa die
et dominatos suos
et domesticos suos
et empticios etiam
de filiis alienis cir-
cumcidit omneis·
Haec lex in omnibus
generationibus sae-
culi et non est prae-
terire diem unum
ex diebus quibus prae-
ceptum est aeter-
num mandatum et
scriptum est in ta-
bulis caeli ut omnis
natus cuiuscumque
non fuerit circum-
cisa caro praeputii
eius usque in diem oc-
tauam non est de
testamento quod

51. *a.* testatus est deus ad
abraham quia de fi-
liis exterminatio-
nes est et amplius
non est super eum
signum ut sit deo sed
exterminii et per-
ditionis a terra quo-
niam testamentum
domini dei nostri dissipauit
quoniam omnis an-
geli uultuus et om-
nes archangeli be-
nedictionis a diebus
creaturae ipsorum
coram angelorum
uultuum et angelo-
rum sanctificatio-
nis sanctificauit is-
trahel ut esset si-
mul cum ipso et cum
angelis sanctorum
ipsius· Et tu deman-
da filiis istrahel
b. ut custodiant tes-
tamentum signi
huius in generatio-
nibus suis in testamen-
tum aeternum et
non exterminabun-
tur a terra quoniam
decreuit in decre-
to testamenti ut
custodiatur in ae-
ternum super om-
nes filios istrahel
quoniam ismael et
filios eius et fratres
eius et esau non ad-
plicabit ad se deus et
non elegit ex ipsis
quoniam et ipsi ex
filiis sunt abraham
sicut cognouit eos
sed in istrahel ele-
git ut sint ei in po-
pulum et sanctifi-
cauit eum et prae-

56. *a.* uniuersa opera ip-
XVI sorum quemammo-
dum erant iniqui
et peccatores ual-
de et inmundi spur-
citias exercentes
in carnibus suis et fa-
cientes abomina-
tiones super ter-
ram· Ita enim faciet
deus iudicium in locis
ubicumque fecerint
abominationis so-
domum sic iudica-
bit illos· Et loth li-
berabimus inde prop-
ter quod memor fu-
it deus abrahae ut eli-
beraret eum de me-
dio euersionis·
Etenim fecit ipse
et filii eius iniquita-
tem super terram
qualis non est facta
b. in tota terra a diebus
abraham usque ipsum
ut dormiret homo
cum filiabus suis etenim
ecce demandatum
est et scriptum in
omne semen in ta-
bulis caeli ut aufe-
rantur et extermi-
nentur talis et ut
fiat iudicium ipsorum
secundum iudicium
sodomum ut non
derelinquatur in
ipsis omne semen
hominis in terra
in die iudicii
Et in mense hoc exi-
uit abraham a cebron
et abiit et inhabita-
uit inter medium
cades et sur in finibus
gerarum
Et in medio mensis

55. *a.* quinti transtulit
se inde et habitauit
secus puteum iura-
tionis Et in medio
mensis sexti uisita-
uit deus sarram et fecit
illi sicut dixit et con-
cepit et peperit fili-
um in mense septimo
et in dimidio mensis
secundum tempus
quod dixit deus ad abra-
ham in diem festum
primitiuorum natus
est isac et circum-
cidit abraham filium
suum octauo die hic
primus circumcisus
est secundum tes-
tamentum disposi-
tum in saecula
Et in anno sexto sep-
timanarum quarti
adfuimus ad abraham
b. secus puteum iura-
tionis et uisi sumus
illi sicut dixeramus
sarrae quoniam re-
uerti haberemus
ad eam et ipsa in con-
ceptum haberet fi-
lium suum et reuer-
si sumus in mense
septimo et inueni-
mus sarram concep-
tum habentem in
conspectu nostro
et benediximus eum
et indicauimus illi
quaecumque decre-
ta sunt ei et quomo-
do esset moriturus
et quod generaret
adhuc sex filios et
uidebit eos omnes
priusquam moriatur
sed in isac multipli-
cabitur et uocabitur

54. *a.* nomen et omne se-
men filiorum eius
gentes erunt et cum
gentibus deputabun-
tur et ex filiis isac
unus erit in semen
sanctum qui cum gentibus
non conputabitur
quoniam in sorte
excelsi erit quoni-
am in possesionem
dei cecidit omne se-
men eius esse deo
in populum sancti-
ficatum ex omnibus
gentibus eius et ut
sit regnum sacer-
dotale et populus
sanctus Et abibimus
uiam nostram et in-
dicauimus sarrae
quaecumque indica-
uimus ei et gauisi
sunt utrique gaudio
b. magno et aedifica-
uit illic altarium
domino qui liberauit eum
et gratiae eius in
terram commora-
tionis suae
Et fecit diem festum
laetitiae in mense
hoc septem dies se-
cus altarium et ae-
dificauit taberna-
cula sibi et seruis
suis in die festo hoc
et hic primus fecit
diem festum taber-
naculorum super
terram et in diebus
erat offerens per
singulos dies super
altare fructum domino
uitulos duos et arie-
tes duos oues septem
et hircum caprarum
unum pro peccatis

53. *a.* propitiari in ipso pro
se et pro semine suo
et in sacrificium
salutare arietes
septem hedos sep-
tem oues septem
et hircos septem
et sacrificia ipsorum
et uinum ipsorum
et uniuersam adipem
eorum erat incen-
dens super altari
. . . .
ostiam in odorem
suauitatis et mane
et uesperam erat
incendens incen-
sum compositionis
libanum et galba-
num et stacten et
nardum et myrram
et spicam et costum
septem has species
mundas erat incen-
b. dens concisas et ae-
qualiter mixtas
Et fecit diem festum
hunc per septem
dies aepulans in to-
to corde suo et in om-
ni anima sua ipse et
uniuersi domesti-
ci sui et omnis alie-
nus non erat cum
ipsis et omnis cir-
cumcisus et bene-
dixit creatorem suum
qui creauit illum
quia cognouit et sci-
uit quia ex ipso erit
plantatio uerita-
tis in generationi-
bus aeternis et ex ip-
so semen sanctum
ut sit secundum
hoc qui creauit uni-
uersa et benedixit
et gauisus est et

49. a. uocauit nomen di-
ei festi huius dies
festus dies iucun-
ditatis acceptabi-
lis deo excelso
Et benediximus eum
in saeculo et semen
eius cum ipso in om-
nes generationes
totius terrae quia
fecit diem festum
hunc in tempore suo
secundum testi-
monium tabularum
caeli propter quod
decretum est in
tabulis caeli super
istrahel ut sit dies
festus tabernacu-
lorum septem dies
toti in laetitia in
mense septimo
acceptabiles in
conspectu domini
b. legitimum sempi-
ternum in genera-
tionibus ipsorum
per singulos annos
et non erit finis tem-
porum quoniam in
sempiternum est
praeceptum istrah-
el facere eum et se-
dere in tabernacu-
lis et ut ponant co-
ronas super capi-
ta sua accipere ra-
mos denos et cali-
çem de torrentem·
Et accepit abraham
de decore palmarum
et fructus ligni
speciosi et omnibus
diebus erat circum-
iens altarium meum
in ramis septies
mane laudans et con-
fitens deo suo secun-
dum

50. a. omnia in laetitia
XVII Et in anno primo eb-
domadarum *quinti*
ablactatus est isac
iubeleo hoc et fe-
cit abraham conui-
uium magnum et in
mense tertio in die
qua ablactatus est
filius eius isac et is-
mael filius agar an-
cillae aegyptiae lo-
co erat in conspec-
tu abraham patris
sui· Et gauisus est
abraham et bene-
dixit deum quia uidit
sibi filios et non est
defunctus sine fi-
liis et memor fuit
sermones quos lo-
cutus est ei in die
qua segregauit se
loth ab ipso Et ga-
b. uisus est quia dedit
deus illi semen super
terram ut heredi-
tet eam et benedi-
xit toto ore suo qui
creauit uniuersa·
Et uidit sarra isma-
el ludentem cum
isac et abraham gau-
dentem gaudio mag-
no et zelauit isma-
el et dixit ad abraham
eice ancillam istam
et filium eius quia
non hereditabit fi-
lius ancillae huius
cum filio meo isac·
Et pessimus uisus
est sermo in oculis
abraham propter
ancillam et prop-
ter filium eius ut
eiciat illos ab se
Et dixit deus ad ab-
raham

63. *a.* Et conturbatus est
XVIII et dixit ecce ego
Et dixi ad eum noli
inicere manúm tuam
super puerum et non
facias ei quidquam
quo nunc manifes-
taui quia times deum
tuum et non peper-
cisti filio tuo pri-
mogenito a me
Et confusus est
princeps mastima
et eleuans abraham
oculos suos uidit et
ecce aries unus te-
nebatur cornibus suis
Et abiit abraham et
accepit arietem et
obtulit eum pro isac
filio suo et uocauit
abraham nomen lo-
ci illius dominus uidit ut
dicatur in monte
b. dominus uisus est hic
est mons sion·
Et uocauit abraham
nomine suo secun-
do de caelo quia f-
uimus ut loquamur
illi nomine domini· et
dixit per me ipsum
iuraui dicit dominus pro-
pter quod fecisti
sermonem istum
et non pepercisti
filio tuo unigenito
propter me quem
dilexisti quoniam
benedicens bene-
dicam te et multi-
plicans multiplica-
bo semen tuum stel-
las caeli et sicut
harena quae est cir-
ca litora maris et
hereditauit semen
tuum ciuitates

64. *a.* aduersariorum eius
et benedicentur in
semine tuo omnes
gentes terrae prop-
ter quod obaudisti
uoci meae et ego
manifestaui omnibus
quoniam fidelis es
mihi in omnibus quae
dixi tibi ambulare
in pace
Et abiit abraham ad
pueros suos et exur-
gentes abierunt
in bersabe et habi-
tabit abraham se-
cus puteum iuratio-
nis Et faciebat diem
festum ter per sin-
gulos annos Nam
et istos septem di-
es in laetitia facie-
bat et uocauit eum
in diem festum domini
b. secundum septem
dies quibus abiit et re-
uersus est·
Et erat decretum
et scriptum in ta-
bulis caeli super
istrahel et super
semen eius ut faci-
ant diem festum
septem diebus in lae-
titia gaudentes·
XIX Et in anno septima-
narum primi secun-
do et quadragensi-
mo iubeleo conuer-
tit abraham et inabi-
tauit contra faciem
chebron haec est
cariatharbee duo
septimanarum
annorum· Et in an-
no septimanarum
huius tertii iube-
lei huius conpleti

60. a. sunt dies uitae sar-
rae et mortua est
in chebron et adue-
nit abraham ut plan-
geret eam Et temp-
tauimus eum si pati-
ens esset spiritus eius
et non pusilliani-
mus in uerbis oris
sui et inuentus est
et in hoc patientis-
simus et non est con-
turbatus quoniam
in longanimitate
spiritus locutus est
cum filiis geth ut
dent illi locum ubi
sepelliat mortuum
suum in eum et de-
dit deus gratiam *ei in*
conspectu omnium
uidentium eum et
depraecatus est
in mansuetudine
b. a filiis geth et de-
derunt ei agrum
spelei duplicem
quod est contra fa-
ciem mambre haec
est chebron quadrin-
gentis denariis et
hoc postulauerunt
ab eo dicentes da-
mus tibi gratis et
non accepit de ma-
nibus eorum gratis
quoniam dedit prae-
tium loci pecuniam
conplens et ado-
rauit eos bis et post
haec sepelliuit
mortuum suum in
speleo duplici
Et facti sunt dies
omnes uitae sarrae
septem et uiginti
et centum anni
id est duos iubeleos

59. a. septimanas quat-
tuor minus unum
annum hii sunt di-
es uitae sarrae
Haec temptatio de-
cima in qua inuen-
tus est et in ipsa
abraham fidelis et
et longanimus spiritu
et dixit sermonem
pro sermone terrae
sicut dixit illi dare
deus dare illi eam et se-
mini eius post eum
et locum petit ab eis
ut sepelliret mor-
tuum suum quoni-
am inuentus est fi-
delis et scriptum
est amicus dei in ta-
bulis caeli
Et in anno quarto
ipsius accepit abra-
ham isac filio suo
b. mulierem et nomen
eius rebecca filia
bathuel filii nachor
fratris abraham
sororem labae filiam
bathuel et bathuel
filius erat malce
mulieris nachor
fratris abraham
Et abraham accepit
sibi mulierem ter-
tiam et nomen ei
cetturra de filiabus
domesticorum su-
orum eo quod mur-
tua esset agar pri-
usquam sarra et pe-
perit illi sex filios
iebram· et iectam
et madan· et madiam·
et sobec· et oe· in
duos septimana-
rum annorum
Et in sexto septima-

38. *a.* narum anni ipsius
secundi peperit re-
becca· isac· duos fi-
lios· esau· et iacob·
et erat iacob· lenis
et rectus· et esau
erat durus et uir
rusticanus et pilo-
sus et iacob· habitans
in tabernaculis et
creuerunt et iube-
nes facti sunt ambo
et didicit iacob lit-
teras et esau non
didicit quoniam ho-
mo erat agrestis
et benator sed di-
dicit bellum et uni-
uersa opera eius
erant dura et dili-
gebat abraham ia-
cobum et isac dili-
gebat esau
Et uidebat abraham
b. opera esau et scie-
bat quoniam in ia-
cob uocabitur illi
semen et nomen
et uocabit *re*-
becca*m* et mandauit
illi pro iacob quoni-
am ipsa diligebat
iacob plusquam esau
Et dixit illi filia cus-
todi in nomine fi-
lii mei iacob quoni-
am hic mihi erit . . .
nitatio super ter-
ram et in benedic-
tione super filios
hominum et uni-
uersi seminis mei
gloria quia scio quod
hunc elegit deus sibi
in populum sanctum ex
omnibus populis qui
sunt super faciem
totius terrae

37. *a.* et ecce isac diligit
esau super iacob et
ego uideo te diligen-
tem in ueritate iacob
Adice adhuc amplius
Primus nostrum codicem breviter indicavit Montfaucon, Bibliotheca Bibliothecarum, I, pag. 498, B. *Historiae Ecclesiasticae* etc. Dein nostrum opus ut anonymi auctoris indicavit Cardinalis Angelus Mai, Spicil. Rom. V, 247 partis I; qui in t. VI, p. 603-610 edidit tabulam et capitula I, II, VIII, cum Latina versione et notis, usus apographo, quem in ejus usum confecerat Comes Carolus Octavius Castiglioni; leviora menda aliquot ejus editionis ex codice in mea editione tacite correxi. Proposuerat demum edere librum totum Sac. Joseph Robiati, Doctor Collegii Ambrosianae Bibliothecae ab anno 1855, vir de me bene meritus, qui partem libri jam descripserat et ulla in adversaria conjecerat, sed adversa qua jampridem vexabatur valetudine increbescente defunctus est anno 1857.

Diutius delitescere librum aequum non erat, et jam profero, fideliter quantum potui codicem referens, nisi quod levissima sphalmata, ut iotacismi ac similia, tacite interdum ipse correxi, vel secundae manus correctiones recepi; saepius tamen indicavi. Etiam spiritus et accentus ex codice retinui, nec ipsos erroneos correxi, nisi statim occurrerent loci alii, in quibus ipse libri amanuensis recte dederat; sed et in his una alterave vice me incaute correxisse nunc video; demum in ullis rationem in codicibus saepe obviam, sed quam impressi libri non norunt, indicare non potui, nec etiam volui. Interpunctionem ipse apposui, illa codicis neglecta utpote nimis a nostra abhorrente nec ut libri junioris digna satis quae repraesentaretur fideliter. Versionem Latinam addam, necne, post totum librum impressum adeoque bene perspectum haereo incertus; si videro desiderari, in posterum perficiam. Ceterum manum medicam alicubi desiderat adhuc noster liber linguam quod attinet, et magis etiam in iis quae narrationis veritatem tangunt. Utrumque, ut res bene perficiantur, reliqui viris doctis qui in philologia Graeca christiana et in ecclesiastica historia versati parati ad rem accedere possunt.

APOCALYPSIS BARUCH,

OLIM DE GRAECO IN SYRIACUM,

ET NUNC DE SYRIACO IN LATINUM TRANSLATA.

LIBER APOCALYPSEOS BARUCH FILII NERIAE, TRANSLATUS DE GRAECO IN SYRIACUM.

1. Et factum est in anno XXV Jechoniae regis Judae, factum est verbum Domini super Baruch filium Neriae, et dixit ei: Vidistine quaecumque facit mihi populus iste, mala quae fecerunt duae tribus istae, quae remanserunt, magis quam decem tribus, quae captivae abductae fuerunt? Tribus enim priores a regibus suis adigebantur ad peccandum, istae duae vero ipsae adigebant et cogebant reges suos ad peccandum. Propter hoc ecce adduco malum super urbem istam et super habitatores ejus, et auferetur a conspectu meo ad tempus, et disperdam populum istum inter gentes, ut gentibus benefaciat. Et populus meus castigabatur, et veniet tempus, et requirent prosperitatem temporum suorum.

2. Haec autem dixi tibi, ut dicas Jeremiae et omnibus qui similes sunt vobis, ut recedatis ab urbe ista. Quia opera vestra sunt urbi huic tamquam columna firma, et preces vestrae tamquam murus validus.

3. Et dixi: O dominator Domine, ideone veni in mundum, ut viderem malum matris meae? Nequaquam, Domine. Si inveni gratiam in oculis tuis, recipe prius spiritum meum, ut abeam apud patres meos, et non spectem exitium matris meae. Quia duo urgent me vehementer. Resistere enim tibi non possum; sed neque spectare malum matris meae potest anima mea. Unum autem loquar in conspectu tuo, Domine. Quid ergo erit post ista? Si enim perdis urbem tuam, et tradis terram tuam odientibus nos, quomodo iterum memorabitur nomen Israel? Aut quomodo loquetur de laudibus tuis? Aut cuinam explicabitur quod est in lege tua? Anne mundus * revertetur ad naturam suam, et seculum redibit ad silentium pristinum? Et recipiet se multitudo animarum, et natura hominum iterum non nominabitur? Et ubinam est quodcumque dixisti Moysi de nobis?

4. Et dixit mihi Dominus: Urbs ista ad tempus tradetur, et populus castigabitur aliquandiu, et seculum oblivioni non dabitur. Anne putas, quod ista sit urbs, de qua dixi: Super volas manuum

mearum descripsi te? Non ista aedificatio nunc aedificata in medio vestrum, illa est quae revelabitur apud me, quae hic praeparata fuit ex quo cogitavi ut facerem paradisum, et ostendi eam Adam priusquam * peccaret, cum vero abjecit mandatum, sublata est ab eo ut etiam paradisus. Et postea ostendi eam servo meo Abraham noctu inter divisiones victimarum. Et iterum etiam Moysi ostendi eam in monte Sinai, quando ostendi ei imaginem tabernaculi et omnia vasa ejus. Et nunc ecce custodita est apud me sicut et paradisus. Ito ergo, et fac quemadmodum praecipio tibi.

5. Et respondi et dixi: Futurum est ergo ut succumbam in Sion, quia venient inimici tui ad istum locum, et polluent sanctuarium tuum, et in captivitatem abducent hereditatem tuam, et dominabuntur eorum quos dilexisti, et abibunt iterum in regionem idolorum suorum, et gloriabuntur ante eos. Et quidnam facies nomini tuo magno? Et dixit mihi Dominus: Nomen meum et gloria mea saeculum aeternum est eis; judicium autem meum tempore suo custodiet jus suum. Et tu videbis oculis tuis, non hostes subvertere Sion, neque comburere Jerusalem, sed judici ministrare ad tempus. Tu vero vade et fac quodcumque dixi tibi. Et abii, et assumsi Jeremiam et Adu, et Sariam, et Jabisc, et Godoliam et omnes honoratos populi, et duxi eos in vallem Cedron, et enarravi eis quidquid dictum fuerat mihi. Et levaverunt vocem suam et fleverunt omnes. Et consedimus ibi et jejunavimus usque ad vesperam.

6. Et factum est crastina die, et ecce exercitus Chaldaeorum circumdedit urbem, et tempore vesperae reliqui populum ego Baruch, et exivi et steti apud quercum; et contristabar super Sion, et ingemiscebam super captivitatem, quae supervenerat populo. Et ecce subito spiritus fortitudinis sustulit me et extulit me supra murum Jerusalem in altum. Et vidi, et ecce quatuor Angeli stantes super quatuor angulos urbis, tenentes unusquisque ex eis lampada ignis in manibus suis. Et Angelus alius descendebat de caelo, et dixit eis: Tenete lampades vestras, neque incendatis donec dicam vobis. Missus sum enim ut primum loquar terrae verbum, et deponam apud eam quod praecepit mihi Dominus altissimus. Et vidi eum descendisse in Sancta Sanctorum, et sumsisse inde velum, et Ephod sanctum, et propitiatorium, et duas tabulas, et vestem sanctam sacerdotum, et thuribulum, et quadraginta octo lapides pretiosos, quibus ornabatur sacerdos, et omnia vasa sancta tabernaculi. Et dixit terrae voce magna: Terra, terra, terra, audi verbum Dei fortis, et accipe quae ego commendo tibi, et custodi ea usque ad extrema tempora, ut quando jussa fueris, ea reddas; ut non potiantur eis alienigenae. Quia venit tempus, ut tradatur ad tempus et Jerusalem, usquedum dicatur, ut iterum restituatur in aeternum. Et aperuit terra os suum, et absorbuit ea.

7. Et post haec audivi Angelum dicentem Angelis qui tenebant lampades: Diruite ergo et subvertite muros ejus usque ad fundamenta, ne glorientur inimici et dicant: Nos subvertimus murum Sion, et incendimus locum Dei fortis; et occupastis * locum in quo stabam antea.

8. Angeli autem fecerunt sicut praecepit eis, et cum dissipassent angulos muri, vox audita est ab interiore parte templi, postquam decidit murus, dicens: Ingredimini hostes et venite adversarii; deseruit enim qui custodiebat domum. Et abii ego Baruch. Et factum est post haec, ingres-

sus est exercitus Chaldaeorum, et ceperunt domum et omnia in circuitu ejus, et populum captivum abduxerunt, et ex eis occiderunt, et Sedeciam regem vinxerunt et miserunt ad regem Babylonis.

9. Et veni ego Baruch et Jeremias, cujus inventum est purum cor a peccatis, qui captus non fuerat in occupatione urbis; et scidimus vestes nostras et flevimus et luximus et jejunavimus septem diebus.

10. Et fuit post septem dies, factum est super me verbum Dei, et dixit mihi: Dic Jeremiae, ut vadat et confirmet captivitatem populi usque ad Babylonem. Tu autem mane hic in vastitate Sion, et ego ostendam tibi post hos dies quod futurum est ut contingat in fine dierum. Et dixi Jeremiae sicut praecepit mihi Dominus. Et ipse quidem ivit cum populo, ego autem Baruch reversus sum, et sedi ante portas templi, et lamentatus sum lamentationem istam super Sion, et dixi: Beatus ille qui natus non est, aut qui natus est et mortuus est. Nobis vero qui vivimus vae nobis, quia vidimus tribulationes Sion, et quod accidit Jerusalem. Advocabo* Sirenes de mari, et vos, Leljoto, e deserto venite, et Sciade et Jorure e sylvis: evigilate et accingite femora vestra ad planctum, et sumite mecum lamentationes, et plangite mecum. Vos, agricolae, ne seminetis iterum, et tu, terra, cur das fructus frugum tuarum? Retine intra te dulcedinem alimentorum tuorum. Et tu, vitis, cur ultra das vinum tuum? Quia iterum non offeretur inde in Sion, neque iterum primitiae offerentur. Et vos, caeli, retinete rorem vestrum, neque aperiatis thesauros pluviae. Et tu, sol, retine lucem radiorum tuorum; et tu, luna, extingue multitudinem lucis tuae. Cur enim iterum orietur lux, ubi lux Sion obscurata est? Et vos, sponsi, ne ingrediamini, et virgines coronis ne ornentur; et vos, mulieres, ne oretis ut pariatis. Laetabuntur enim magis steriles, et gaudebunt illae quae filios non habent, et illae quae filios habent contristabuntur. Cur enim parient in doloribus, et sepelient in gemitibus? Aut cur iterum filios habebunt homines, aut semen naturae eorum cur iterum nominabitur, ubi ista mater desolata fuit, et filii ejus in captivitatem abducti fuerunt? Ex hoc nunc ne iterum loquamini de pulcritudine, neque disseratis de decore. Vos autem, sacerdotes, sumite claves Sanctuarii, et projicite in altitudinem caeli, et date eas Domino, et dicite: Custodi domum tuam tu; nos enim ecce* invenimus oeconomos mendaces. Et vos, virgines, qui netis byssum et sericum cum auro Ophir, festinate et sumite omnia et projicite in ignem, ut afferat ea ad illum qui fecit ea, et flamma remittat ea ad illum qui creavit ea, ne potiantur eis inimici.

11. Dico autem hoc ego Baruch contra te, Babylon: Si fuisses tu prosperata, et Sion habitaret in gloria sua, dolor fuisset nobis magnus, quod esses aequalis Sion. Nunc vero ecce dolor infinitus, et gemitus sine mensura, quia tu ecce prosperata es, et Sion desolata. Quisnam erit judex de istis? Aut cuinam conquaeremur de iis quae contigerunt nobis? O Domine, quomodo sustinuisti? Requieverunt patres nostri sine doloribus, et justi ecce dormiunt in terra in tranquillitate. Non enim noverunt angustiam istam, neque audierunt de iis quae contigerunt nobis. Sint tibi, terra, aures, et tibi, pulvis, cor; et ite et nunciate in inferno, et dicite mortuis: Beati vos magis quam nosmetipsi, qui vivi sumus.

12. Sed hoc dicam quomodo cogito, et loquar contra te, terra, quae prosperaris.

Non utique semper meridies urit, neque perpetui radii solis ardent. Ne praesumas et reputes te semper prosperatam fore et gaudentem, neque valde extollaris et opprimas. Certo enim in tempore suo evigilabit contra te furor, qui nunc in longanimitate tanquam in fraenis retinetur. Et cum haec dixissem jejunavi septem diebus.

13. Et factum est post haec, ego Baruch stabam super montem Sion; et ecce vox venit de excelsis, et dixit mihi: Sta super pedes tuos, Baruch, et audi verbum Dei fortis. Quia stupuisti de iis quae contigerunt Sion, propter hoc servatus servaberis in finem temporum, ut sis in testimonium, ut si dicant unquam urbes illae quae prosperantur: Cur adduxit super nos Deus fortis retributionem istam, dic eis tu et similes tui, vos qui vidistis: Calamitas ista est et retributiones, quae veniunt super vos et super populum vestrum in tempore suo, ut perfecte castigentur gentes. Et tunc expectabunt. Et si dixerint in illo tempore: Quando? Dices eis: Vos qui bibistis vinum colatum, bibite etiam de faece ejus. Judicium enim est Excelsi qui non respicit personas. Propter hoc filiis suis antea non pepercit, sed excruciavit eos sicut inimicos suos, quia peccaverunt. Tunc ergo castigati fuerunt ut veniam invenirent. Nunc autem vos, populi et gentes, debitores estis, quia toto hoc tempore conculcastis terram, et usi estis creatura contra fas. Semper enim benefaciebam vobis, et vos abnegastis beneficentiam semper.

14. Et respondi et dixi: Ecce indicasti mihi rationem temporum, et quid futurum sit post haec, et dixisti mihi, quia populis proderit retributio quae dicta est a te. Et nunc scio multos esse qui peccaverunt, et in prosperitate vixerunt, et abierunt ex mundo, exigui autem populi superstites erunt in illis temporibus, quibus dicentur verba quae dixisti. Et quaenam enim utilitas est in hoc, aut quidnam pejus istis, quae vidimus contigisse nobis, expectabimus ut videamus? Iterum autem loquar in conspectu tuo. Quid profecerunt illi qui scierunt ante te, et non ambulaverunt in vanitate sicut reliqui populi, et non dixerunt mortuis: Date nobis vitam, sed semper timebant te, et vias tuas non dereliquerunt? Et ecce abrepti fuerunt*, neque propter eos misertus es Sion. Et si alii inique egerunt, debitum erat Sioni, ut propter opera illorum, qui operati fuerant bona, dimitteretur ei, neque propter opera operantium injustitiam demergeretur. Sed quis, dominator Domine, assequetur judicium tuum? Aut quis investigabit profundum viae tuae? Aut quis supputabit gravitatem semitae tuae? Aut quis poterit cogitare consilium tuum incomprehensibile? Aut quis unquam ex natis invenit principium aut finem sapientiae tuae? Omnes nos enim similes facti sumus halitui. Quemadmodum enim halitus ascendit quin procedat de corde, et restinguitur, sic est natura hominum, qui non ex voluntate sua eunt, et quid erit eis in fine nesciunt. Justi enim bene sperant finem, et sine timore ab hoc domicilio proficiscuntur, quia habent apud te vim operum custoditam in thesauris. Propter hoc etiam ipsi sine timore relinquunt mundum istum, et fidentes in laetitia sperant se recepturos mundum quem promisisti eis. Nobis autem vae, qui et nunc probris afficimur, et in illo tempore expectamus mala. Tu autem recte nosti, quid feceris de servis tuis; quia nos non possumus intelligere aliquid boni, quomodo tu sis fictor noster. Iterum autem loquar in conspectu

tuo, dominator Domine. Quando non erat mundus olim cum habitatoribus suis, cogitasti et dixisti verbo, et statim opera creaturarum steterunt in conspectu tuo; et dixisti ut faceres mundo tuo hominem administratorem operum tuorum, ut cognosceretur nequaquam ipsum factum fuisse propter mundum, sed mundum propter eum. Et nunc video, quia mundus, qui factus est propter nos, ecce permanet, nos vero, propter quos fuit, abimus.

15. Et respondit Dominus, et dixit mihi: Recte stupuisti de discessione hominum, sed non bene judicasti de malis quae contingunt iis qui peccant; et quod dixisti justos abreptos fuisse, et impios prosperatos, et quod dixisti, quod homo non novit judicium tuum; propter hoc audi, et dicam tibi, et ausculta, et audire te faciam verba mea. Bene non novisset homo judicium meum, nisi accepisset legem, et nisi esset timor ejus in intelligentia. Nunc autem quia, cum novisset, fecit, et propter hoc etiam cum noscat, torquetur. Et de justis quod dixisti propter eos venisse hunc mundum, imo ille quoque iterum, qui futurus est, est propter eos. Mundus iste enim est eis agon et molestia in labore multo; et ille ergo qui futurus est, corona in gloria magna.

16. Et respondi et dixi: Dominator Domine, ecce anni huius temporis parvi et mali, et quisnam potest in hoc modico acquirere illud cui non est mensura?

17. Et respondit Dominus et dixit mihi: Apud Altissimum non computatur tempus multum, neque anni parvi. Quid enim profuit Adae, quod vixerit nongentos et triginta annos, et transgressus est quod jussus fuerat? Non ergo profuit ei multitudo temporis quod vixit, sed mortem attulit et abscidit annos eorum qui ab eo geniti fuerunt. Aut quidnam detrimenti passus est Moyses quod vixerit tantum centum et viginti annos, et quia subjectus fuit ei qui eum finxit, attulit legem semini Jacob, et lucernam illuminavit generi Israel?

18. Et respondi et dixi: Ille qui illuminavit, sumsit de luce, et pauci sunt qui imitati sunt illum. Illi multi vero, quos illuminavit, sumserunt de tenebris Adam, neque delectati sunt de luce lucernae.

19. Et respondit et dixit mihi: Propter hoc illo tempore statuit eis testamentum et dixit: Ecce posui ante te vitam et mortem, et contestatus est in eos caelum et terram. Sciebat enim tempus suum modicum esse, caelum vero et terram semper subsistere. Ipsi autem post mortem ejus peccaverunt et abjecerunt, cum scirent se habere legem objurgantem et lucem, in qua errare non poterat aliquid, orbes quoque caelestes, * qui testarentur et me, et de omni quod est judico ego. Tu autem ne recogites in anima tua de istis, neque affligaris de iis, quae fuerunt. Nunc enim finis temporis sive negotiorum, sive prosperitatis sive ignominiae requiritur, et non initium ejus. Quia si fuerit homo prosperatus in primordiis suis et in senectute sua probris afficiatur, obliviscitur omnem prosperitatem quam habuit; iterumque si fuerit homo probris affectus in primordiis suis, et in extremis suis fuerit prosperatus, non recordatur iterum ignominiam suam. Et iterum audi: omne tempus istud a die quo decreta fuit mors contra eos qui praetereunt in isto tempore, si unusquisque prosperatus esset, et in fine suo in vanitatem corrumperetur, esset omne.

20. Propter hoc ecce dies venient, et festinabunt tempora magis quam priora, et

current horae * magis quam illae quae praeterierunt, et praeteribunt anni celerius quam praesentes. Propter hoc nunc sustuli Sion, ut magis festinarem et visitarem mundum in tempore suo. Nunc ergo tene in corde tuo quodcumque praecipio tibi, et obsigna ea in penetralibus mentis tuae. Et tunc ostendam tibi judicium virtutis meae et vias meas investigabiles. Vade igitur et sanctificare septem diebus, neque edas panem, neque bibas aquam, neque loquaris alicui. Et postea veni ad locum istum, et revelabor tibi, et vera loquar tecum, et praecipiam tibi de ratione temporum. Venient enim et non tardabunt.

ORATIO BARUCH FILII NERIAE.

21. Et abii inde et sedi in valle Cedron in caverna terrae, et sanctificavi animam meam ibi, et panem non comedi, neque esurivi, et aquam non bibi, neque sitivi, et fui ibi usque ad diem septimum, ut praeceperat mihi. Et postea veni ad locum ubi locutus fuerat mecum. Et fuit ad occasum solis, cepit anima mea cogitationem multam, et incepi loqui coram Forti et dixi: O qui fecisti terram, audi me, qui statuisti firmamentum in plenitudine * sua, et altitudinem caeli firmasti in spiritu, qui vocasti ab initio mundi quod nondum erat, et obediunt tibi: tu qui aeri praecepisti nutu tuo, et quae futura sunt vidisti sicut ea quae facis, qui virtutes astantes coram te in cogitatione magna regis, et viventia sancta, quorum non est numerus, quae fecisti a saeculo, flammae et ignis *, quae stant in circuitu throni tui, in indignatione regis: tibi uni hoc est, ut facias statim omne quod volueris: qui in numero guttas pluviae super terram pluis; et finem temporum, antequam veniant, tu solus nosti, intende in deprecationem meam. Tu enim solus potes sustentare omnes qui sunt, et eos qui praetereunt et eos qui futuri sunt, eos qui peccant et eos qui justificantur, sicut vivens investigabilis; tu enim solus es vivens immortalis et investigabilis, et numerum hominum nosti. Et si in tempore multi peccaverunt, etiam alii non panci justificati sunt. Tu nosti ubi serves extremum eorum qui peccaverunt, aut finem eorum qui justificati sunt. Si enim haec tantum vita esset, quae hic est omni homini, nihil esset amarius hoc. Quid enim prodest virtus quae in infirmitatem convertitur, aut alimentum saturitatis, quae convertitur in famem, aut pulcritudo quae deinde fit odibilis? Semper enim natura hominum mutatur. Aut nihil, sicuti quod sumus, est enim ab initio, nunc non sumus *, et sicuti, quod sumus nunc, postea non permanebimus. Si enim paratum non fuisset, ut esset omnibus finis, in vanum esset eorum initium. Sed quodcumque venit a te, indica mihi, et de quacumque re rogavero te, illumina me. Usquequo quod corrumpitur permanebit, et usquequo tempus mortalium prosperabitur, et ad quodnam tempus qui praetereunt in mundo polluentur in improbitate multa? Praecipe ergo in misericordia, et perfice quidquid dixisti te adducturum esse, ut innotescat potentia tua illis qui putant longanimitatem tuam esse infirmitatem, et ostende illis qui nesciunt, et viderunt quod accidit nobis et urbi nostrae hucusque, juxta longanimitatem potentiae tuae. Quia tu vocasti nos propter nomen tuum populum dilectum. Omnis ergo ex hoc nunc natura mortalis. Et increpa jam nunc angelum mortis, et appareat gloria tua, et innotescat magnitudo decoris tui, et obsignetur infernus, ne ex hoc nunc

accipiat mortuos, et reddant promptuaria animarum eas quae in eis inclusae sunt. Multi enim sunt anni similes iis qui desolati fuerunt a diebus Abraham et Isaac et Jacob et eorum omnium qui similes sunt eis, qui in terra dormiunt, propter quos dixisti creasse mundum. Et nunc ostende cito gloriam tuam, neque differas quod a te promissum fuit. Et fuit; complevi verba orationis hujus, debilitatus sum valde*.

22. Et fuit post haec, et ecce aperti sunt caeli, et vidi, et virtus data est mihi; et vox de excelsis audita est, et dixit mihi: Baruch, Baruch, cur commoveris? Qui vadit in via nec complet eam, aut qui abit in mari, nisi perveniat in portum, potestne consolari? Aut qui promittit alicui se daturum ei donum, nisi tradiderit illud, nonne fraudatio est? Aut qui seminat terram, nisi in tempore suo metat fructus ejus, nonne omnia perdit? Aut qui plantat plantationem, nisi creverit usque ad tempus conveniens, numquid exspectat qui eam plantavit, ut accipiat ab ea fructus? Aut mulier quae conceperit, si pariat immature, nonne occidens occidit infantem suum? Aut qui aedificat domum, nisi tecto cooperiat et compleat eam, numquid potest vocari domus? Dic mihi primum ista.

23. Et respondi et dixi: Non, dominator Domine. Et respondit et dixit mihi: Cur igitur commoveris de eo quod non nosti, et cur turbaris de iis, in quibus non es eruditus? Quomodo enim non es oblitus homines qui nunc sunt, et eos qui transierunt, sic recordor ego eos quorum memoria facta est et eos qui venient. Quia quando peccavit Adam et decreta fuit mors contra eos qui gignerentur, tunc numerata est multitudo eorum qui gignerentur, et numero illi praeparatus fuit locus ubi habitarent viventes, et ubi custodirentur mortui. Nisi ergo compleatur numerus praedictus non vivet creatura, spiritus enim meus creator vitae est, et infernus excipiet mortuos. Et iterum est tibi, ut audias quod futurum est ut veniat post tempora ista. Vere enim prope est redemptio mea ut veniat, neque longe est sicut olim.

24. Ecce enim dies veniunt, et aperientur libri, in quibus scripta sunt peccata omnium qui peccaverunt, et iterum etiam thesauri, in quibus justitia eorum qui justificati sunt in creatura, collecta est. Erit autem in illo tempore, videbis tu et multi qui tecum sunt, longanimitatem Excelsi, quae fuit in omni generatione et generatione; qui longanimis erat in omnes natos qui peccabant et justificabantur. Et respondi et dixi: Sed ecce, Domine, nemo novit numerum rerum quae transierunt, neque earum quae futurae sunt. Ecce enim ego quoque quod accidit mihi scio, quod autem futurum est ut sit inimicis nostris, nescio, et quando visitabis opera tua.

25. Et respondit et dixit mihi: Tu quoque reservaberis usque ad illud tempus signo illi quod Altissimus facturus est habitatoribus terrae in extremo dierum. Hoc ergo erit signum. Quando apprehendet stupor habitatores terrae, et incident in tribulationes multas, et iterum incident in tormenta magna. Et erit cum dicent in cogitationibus suis prae tribulatione sua multa: Non recordatur ultra Fortis terrae; et erit, cum desperabunt, tunc evigilabit tempus.

26. Et respondi et dixi: Num tempus multum permanebit tribulatio illa quae erit, annosne multos comprehendet necessitas illa?

27. Et respondit et dixit mihi: In duodecim partes divisum est tempus illud, et

unaquaeque earum reservatur illi quod constitutum est ei.

In parte prima initium erit perturbationum.

Et in parte secunda occisiones procerum.

Et in parte tertia casus multorum in mortem.

Et in parte quarta emissio vastitatis.

Et in parte quinta fames et prohibitio pluviae.

Et in parte sexta terraemotus et terrores.

Et in parte octava * multitudo phantasiarum et occursus τῶν Sciade *.

Et in parte nona casus ignis *.

Et in parte decima rapina et oppressio multa.

Et in parte undecima iniquitas et incontinentia.

Et in parte duodecima confusio permistionis omnium simul quae ante dicta sunt.

Hae autem partes illius temporis reservantur, et erunt commistae una cum alia, et sibi invicem ministrabunt. Ex semetipsis enim proficient, et ab aliis accipient, et ex semetipsis et ex aliis perficientur; ut non intelligant illi qui erunt super terram in illis diebus finis illius temporum.

28. Veruntamen omnis qui attenderit tunc sapiens erit. Mensura autem et supputatio temporis illius erunt duae partes hebdomades τῶν septem hebdomadarum *. Et respondi et dixi: Bonum esset hominem pervenire et videre, melius autem isto non pervenire, ne cadat. Sed dicam etiam istud. Contemnetne qui non corrumpetur ea quae corrumpentur, et quod eveniet in iis ipsis quae corrumpentur, ut tantum in ea quae non corrumpentur respiciat? Si autem, Domine, vere futurum est ut veniant quae praedixisti mihi; si autem inveni gratiam in oculis tuis, indica mihi etiam istud: Utrum in uno loco, aut in una ex partibus terrae futura sunt ista, an tota terra sentiet?

29. Et respondit et dixit mihi: Totius erit terrae * quod eveniet tunc. Propterea omnes qui vivent sentient. In illo autem tempore protegam tantum eos qui reperientur in illis diebus in terra ista. Et erit postquam completum fuerit quod futurum est ut sit in illis partibus, tunc incipiet revelari Messias. Et revelabitur Behemoth ex loco suo, et Leviathan ascendet de mari, duo cete magna quae creavi in die quinto creationis et reservavi eos usque ad illud tempus; et tunc erunt in escam omnibus qui residui fuerint. Etiam terra dabit fructus suos unum in decem millia, et in vite una erunt mille palmites, et unus palmes faciet mille botros, et botrus unus faciet mille acinos, et unus acinus faciet corum vini. Et qui esurierunt jucundabuntur, iterum autem videbunt prodigia quotidie. Spiritus enim egredientur e conspectu meo ad afferendum unoquoque mane odorem fructuum aromatum, et in fine diei nubes stillantes rorem sanitatis. Et erit in illo tempore, descendet iterum desuper thesaurus manna, et comedent ex eo in istis annis; quoniam ipsi sunt qui pervenerunt ad finem temporis.

30. Et erit post haec, cum implebitur tempus adventus Messiae et redibit in gloria, tunc omnes qui dormierunt in spe ejus, resurgent. Et erit in illo tempore, aperientur promptuaria, in quibus custoditus erat numerus animarum justorum, et exibunt, et apparebit multitudo animarum simul in uno coetu unius animi, et gaudebunt priores, et ultimae non contristabun-

tur. Scit enim venisse tempus, de quo dictum fuit esse finem temporum. Animae autem impiorum, cum videbunt omnia ista, tunc magis tabescent. Sciunt enim venisse supplicium eorum et advenisse perditionem eorum.

31. Et fuit post haec, perrexi ego ad populum, et dixi eis: Congregate mihi omnes seniores vestros, et loquar vobis verba. Et congregati sunt omnes in vallem Cedron. Et respondi et dixi eis: Audi Israel, et loquar tibi, et tu, semen Jacob, ausculta, et erudiam te. Ne obliviscamini Sion, sed recordamini angustias Jerusalem. Ecce enim dies veniunt, et assumetur in corruptionem omne quod fuit, et erit tamquam non fuerit.

32. Vos autem si praeparaveritis corda vestra, ut seminetis in eis fructus legis, proteget vos in illo tempore, in quo futurum est, ut Fortis concutiat omnem creaturam. Quia post modicum tempus concutietur aedificatio Sion, ut aedificetur iterum. Verum non permanebit ipsa illa aedificatio, sed iterum post tempus eradicabitur, et permanebit desolata usque ad tempus. Et postea oportet renovari in gloria, et coronabitur in perpetuum. Non ergo debet nos contristare * hoc omne super malo quod supervenit nunc, sicuti super aliquo quod futurum erat. Prae duabus autem tribulationibus major erit agon, quando futurum est, ut Fortis innovet creaturam suam. Et nunc ne appropinquetis ad me usque ad paucos dies, neque visitetis me donec veniam ad vos. Et factum est, cum locutus fuissem ad eos omnia verba haec, abii ego Baruch in viam meam, cumque vidisset me populus proficiscentem, extulerunt vocem suam et ejulaverunt et dixerunt: Quo proficisceris a nobis, Baruch, et relinquis nos sicut pater qui relinquit filios suos orphanos, et discedit ab eis?

33. Haeccine sunt mandata quae mandavit tibi socius tuus Jeremia propheta et dixit tibi: Prospice populo isti dum eam et confirmem reliquos fratres in Babylone, contra quos exiit sententia ut in captivitatem ducantur? Et nunc si tu quoque reliqueris nos, melius est nobis ut moriamur cuncti in conspectu tuo, et tunc elongeris a nobis.

34. Et respondi et dixi populo: Absit a me, ut relinquam vos, aut elonger a vobis, sed tantum ibo usque ad Sancta Sanctorum ut petam a Forti pro vobis et pro Sion, si forte illuminer aliquid magis; et postea revertar ad vos.

35. Et ivi ego Baruch usque ad locum sanctum, et sedi super ruinas ejus et flevi et dixi: O oculi mei, estote scatebrae et palpebrae oculorum meorum fons lacrymarum. Quomodo enim ingemiscam super Sion, et quomodo lugebo super Jerusalem? Quia in loco isto ubi prostratus sum nunc, olim Summus Sacerdos offerebat oblationes sanctas, et ponebat in eo fumum thymiamatum odoramentorum suavium. Nunc autem facta est pulvis gloriatio nostra, et desiderium animae nostrae arena.'

36. Et cum haec dixissem obdormivi ibi, et vidi in nocte visionem; et ecce silva arborum plantata in campo, et circumdabant eam montes sublimes et praerupta rupium, et locum multum occupabat silva, et ecce ex adverso ipsius ascendit vitis una, et desub ea egrediebatur fons in tranquillate; pervenit autem ille fons usque ad silvam, et factus est in fluctus magnos, et inundaverunt fluctus silvam illam, et derepente eradicaverunt multitudinem silvae illius, et subverterunt omnes montes in circuitu ejus. Et altitudo silvae humiliabatur, et vertex montium humiliatus fuit, et valde praeva-

luit fons ille, ut non relinqueret aliquid ex silva illa multa praeter unam cedrum tantum. Etiam hanc cum dejecisset, et multitudinem silvae illius perdidisset et eradicasset, ut nihil relinqueretur ex ea, neque locus ejus cognosceretur, ipsa autem illa vitis veniebat cum fonte in quiete et tranquillitate multa, et venit usque ad locum unum, qui non longe erat a cedro, et cedrum dejectam admoverunt ad eam. Et vidi, et ecce aperuit os suum vitis illa, et locuta est et dixit cedro illi: Nonne tu es cedrus, quae relicta fuisti de silva malitiae, et in manu tua perseverans erat malitia, et exercebatur omnibus annis istis, et bonitas nunquam, et invalescebas super id quod tuum non erat, neque super id, quod tuum erat, unquam miserta es, et extendebas potestatem tuam super eos qui longe erant a te, et eos qui appropinquabant ad te in retibus impietatis tuae detinebas, et extollebas animam tuam semper, sicuti quae non posset eradicari? Nunc autem festinavit tempus tuum, et venit hora tua. Abi ergo etiam tu, cedre, post silvam quae abiit coram te, et fias cum ea pulvis, et terra vestra misceatur simul. Et recumbite nunc in angustia, et quiescite in tormento, donec veniat tempus tuum postremum, in quo iterum venies, et magis torqueberis.

37. Et post haec vidi illam cedrum ardentem, et vitem crescentem, ipsam et omne quod in circuitu ejus erat, campum plenum * floribus immarcescibilibus. Ego autem evigilavi et surrexi.

38. Et oravi et dixi: Dominator Domine, tu in omni tempore illuminas eos qui in intelligentia diriguntur. Lex tua est vita, et sapientia tua rectitudo est. Indica ergo mihi interpretationem hujus visionis. Tu enim scis, quia anima mea omni tempore in lege tua conversabatur, et a diebus meis a sapientia tua non sum elongatus.

39. Et respondit et dixit mihi: Baruch, haec est interpretatio visionis quam vidisti. Quemadmodum vidisti silvam multam, quam circumdabant montes excelsi et praerupti, hoc est verbum. Ecce dies veniunt, et corrumpetur regnum istud quod olim corrupit Sion, et subjicietur illi quod venturum est post ipsum. Iterum autem et illud post tempus corrumpetur, et surget aliud tertium, et dominabitur etiam illud in tempore suo et corrumpetur. Et post ista surget regnum quartum, cujus potestas erit dura et mala magis quam illa * quae fuerunt ante ipsum, et reget tempora multa sicuti silvae campi, et tenebit tempora, et extolletur magis quam cedri Libani. Et occultabitur in eo veritas, et confugient ad ipsum omnes qui inquinati sunt in iniquitate, sicut confugiunt bestiae malae et subrepunt in silvam. Et erit, cum appropinquaverit tempus finis ejus ut cadat, tunc revelabitur principatus * Messiae mei, qui similis est fonti et viti, et cum revelatus fuerit, eradicabit multitudinem congregationis ejus. Et illud quod vidisti, cedrum excelsam, quae relicta est de illa silva, et de hoc quod cum ea locuta est vitis verba quae audisti, hoc est verbum.

40. Dux ultimus, qui tunc reliquus erit vivus, cum vastabuntur multitudo congregationum ejus *, et vincietur, et adducent eum super montem Sion, et Messias meus arguet eum de omnibus impietatibus ejus, et colliget et statuet in conspectu ejus omnia opera catervarum ejus. Et postea interficiet eum, et proteget reliquum populum meum qui reperietur in loco quem elegi. Et erit principatus ejus stans in seculum, donec finiat mundus corruptionis, et donec

impleantur tempora praedicta. Haec est visio tua et haec est interpretatio ejus.

41. Et respondi et dixi: Cuinam et quot erunt ista? Aut quisnam dignus erit vivere in illo tempore? Loquar autem in conspectu tuo omne quod cogito, et petam a te de iis quae meditor. Quia ecce video multos ex populo tuo, qui recesserunt a sponsionibus tuis, et projecerunt a se jugum legis tuae. Alios autem iterum vidi qui reliquerunt vanitatem suam, et confugerunt sub alas tuas. Quid ergo erit istis? Aut quomodo recipiet eos ipsum tempus postremum? An forte appensum appendetur tempus istorum, et sicut inclinabit pondus, ita judicabuntur?

42. Et respondit et dixit mihi: Etiam ista ego ostendam tibi. Quod dixisti, cuinam et quot erunt ista, iis qui crediderunt, erit bonum praedictum, et iis qui contemnunt erit contrarium horum. Et quod dixisti de iis qui appropinquaverunt et de iis qui recesserunt, hoc est verbum. Illi qui antea subjecti fuerunt, et postea recesserunt et se commiscuerunt semini populorum permistorum, horum tempus prius est, et alta cogito; et eorum qui antea nescierunt, et postea noverunt vitam, et commisti sunt semini populorum, quod se segregavit, horum tempus prius, alta * cogito, et tempora hereditabunt tempora et horae horas, et unum ab altero accipient, et tunc fini adaequabitur omne, sicut mensura temporum, et sicut horae τῶν καιρῶν*. Assumet enim corruptio illos qui ejus sunt, et vita illos qui ejus sunt. Et advocabitur pulvis, et dicetur ei: Redde quod tuum non est, et siste omne quod custodisti ad tempus suum.

43. Tu autem, Baruch, confirma cor tuum ad illud quod dictum est tibi, et intellige illa quae ostensa sunt tibi, quia sunt tibi consolationes multae aeternae. Abibis enim de loco isto, et transibis de regionibus quae apparent tibi nunc, et oblivisceris quidquid corrumpitur, neque recordaberis iterum eorum quae inter mortales sunt. Vade igitur et praecipe populo tuo, et veni in locum istum, et postea jejuna septem diebus, et tunc veniam ad te, et loquar tecum.

44. Et abii inde ego Baruch, et veni ad populum meum, et vocavi filium meum primogenitum, et Gadelios amicos meos, et septem ex senioribus populi, et dixi eis: Ecce ego abibo ad patres meos juxta viam universae terrae. Vos autem ne recedatis a via legis, sed custodite et admonete populum, qui remansit, ne recedant a praeceptis Fortis. Videtis enim quia justus est ille cui servimus, neque accipit personas fictor noster. Et videte quod accidit Sion, et quid evenit Jerusalem. Quia innotescet judicium Fortis, et viae ejus investigabiles et rectae sunt. Si enim sustinueritis et permanseritis in timore ejus, neque obliti fueritis legem ejus, mutabuntur super vos tempora in bona, et spectabitis consolationem Sion. Quia quod est nunc, nihil est, quod autem futurum est, ipsum est magnum valde. Praeteribit enim quidquid corrumpitur, et abibit quidquid moritur, et oblivioni tradetur totum tempus praesens, neque memoria erit tempori praesenti, quod coinquinatum est in malis. Qui enim currit nunc, ad vanitatem currit, et qui prosperatur, cito decidet et humiliabitur. Quod enim futurum est, illud desideratur, et quod postea veniet, super illo speramus. Est enim tempus quod non praeteribit. Et veniet hora quae manebit in aeternum, et mundus novus, qui eos qui in initium ejus penetraverint, non convertet in corruptionem, et super eos

qui ibunt ad supplicium non miserebitur, et eos qui vivunt in eo, non adducet ad perditionem. Isti enim sunt qui hereditabunt hoc tempus quod dictum est; et eorum est hereditas temporis promissi. Isti sunt qui disposuerunt sibi promptuaria sapientiae, et thesauri intelligentiae apud eos reperti sunt, et a misericordia non recesserunt, et veritatem legis custodierunt. Istis enim dabitur mundus venturus: domicilium autem reliquorum multorum in igne erit.

45. Vos ergo quantum potestis cohortamini populum; quia nostri est enim hic labor. Si enim docueritis eos, vivificabitis eos.

46. Et responderunt filius meus et seniores populi, et dixerunt mihi: Usque ad istiusmodi humiliavit nos Fortis, ut recipiat te a nobis cito? Et vere erimus in tenebris, et lux non erit populo qui relictus est. Ubinam enim iterum requiremus legem? Aut quisnam discernet nobis inter mortem et vitam? Et dixi eis: Contra thronum Fortis non possum resistere; veruntamen non deficiet Israel sapiens, neque filius legis generi Jacob. Sed tantum vos praeparate corda vestra ut obediatis legi, et subjaceatis illis qui in timore sunt sapientes et intelligentes; et praeparate animam vestram, ne sitis recedentes ab eis. Si enim haec feceritis, advenient vobis annuntiationes, quas praedixi vobis, neque cadetis in supplicium quod jam testificatus sum vobis. De verbo autem quod assumendus eram, non indicavi eis neque filio meo.

47. Et cum exissem ac dimisissem eos, abii inde, et dixi eis: Ecce ego vado usque Hebron. Illuc enim misit me Fortis. Et veni ad eum locum, ubi sermo factus fuerat ad me, et sedi ibi, et jejunavi septem diebus.

ORATIO BARUCH.

48. Et factum est post diem septimum, oravi ante Fortem et dixi: O Domine, vocas adventum temporum, et astant ante te, transfers potestatem seculorum, neque resistunt tibi, disponis rationem temporum, et obediunt tibi; tu solus noscis spatium generationum, neque revelas mysteria tua multis; indicas multitudinem ignis, et levitatem spiritus ponderas; investigas finem excelsorum, et profunditates tenebrarum scrutaris; praecipis numero qui transit, et custoditur, et praeparas diversorium iis qui futuri sunt. Tu recordaris initii quod fecisti, et perditionem quae futura est non oblivisceris; praecipis in nutibus timoris et indignationis flammis et mutantur in auras, et in verbo excitas quod non erat, et tenes quod nondum venit in virtute magna; erudis creaturas in intelligentia tua, et sapientes facis orbes caelestes, ut ministrent in ordinibus suis. Exercitus innumerabiles astant coram te, et ministrant in ordinibus suis quiete ad nutum tuum. Audi servum tuum et intende deprecationem meam. Quia in modico tempore nati sumus, et in tempore modico mutamur. Apud te autem horae sicut tempus, et dies sicut generationes. Ne ergo irascaris contra hominem, quia nihil est, neque recogites opera nostra. Quid enim sumus nos? Ecce enim dono tuo venimus in mundum, et abimus sine voluntate nostra. Non enim diximus patribus nostris: Gignite nos, neque misimus ad infernum, et diximus: Recipe nos. Quaenam ergo virtus nostra, ut feramus iram tuam? Aut quid sumus, ut sustineamus judicium tuum? Tu protege nos in misericordia tua, et in miseratione tua adjuva nos. Respice in pusillos qui subjecti fue-

runt tibi, et salva omnes appropinquantes tibi, neque auferas spem populi nostri, neque succidas tempora adjutorii nostri. Hic est enim populus quem elegisti, et hi sunt populus, cui non invenis similem. Sed loquar ante te nunc, et dicam quomodo cogitat cor meum. In te confidimus, quia ecce lex tua apud nos, et scimus quia non cademus quantumcumque sanctiones tuas tenemus. Semper beati erimus saltem in hoc quod non commisti sumus cum gentibus. Omnes enim sumus unus populus nominatus, qui accepimus legem unam ab uno, et lex, quae est inter nos, adjuvabit nos, et sapientia excellens, quae est in nobis, auxiliabitur nobis. Et cum orassem et dixissem ista, debilitatus sum valde. Et respondit, et dixit mihi: Tu simpliciter orasti, o Baruch, et exaudita sunt omnia verba tua. Sed judicium meum requirit suum, et lex mea requirit jus suum. Ex verbis tuis enim respondebo tibi, et ex oratione tua loquar tibi. Ipsum enim est istud, quod nequaquam est aliquid ille qui corrumpetur, et impie egit sicut qui potest facere aliquid, et non est recordatus benignitatem tuam, et non suscepit longanimitatem tuam. Propter hoc assumptus assumeris, sicut praedixi tibi, et venit tempus quod dixi tibi. Et surget illud tempus tribulatum. Veniet enim et praeteribit in impetu vehementi, et conturbabitur veniens in furore indignationis. Et erit in illis diebus requiescent omnes habitatores terrae unus super alterum, quia nescient quia appropinquavit judicium meum. Non enim multi sapientes reperientur in illo tempore, et intelligentes singulares aliqui erunt. Sed etiam qui scient, maxime conticescent. Et erunt rumores multi et nuncii non pauci, et opera phantasiarum ostendentur, et enarrabuntur promissiones non paucae, quarum aliae vanae, et aliae confirmabuntur. Et convertetur honor in ignominiam, et humiliabitur robur in contemptum, et dissolvetur firmitas, et pulcritudo erit in despectum. Et dicent multi multis in illo tempore: Ubinam occultavit se multitudo intelligentiae, et quo transmigravit multitudo sapientiae? Et dum ipsi reputabunt ista, tunc exorietur zelus in illos, de quibus non putabant, et passio comprehendet eum qui tranquillus erat, et commovebuntur multi in ira, ut noceant multis, et excitabunt exercitus ut fundant sanguinem, et cum eis in fine simul peribunt. Et erit in illo tempore, apparebit manifeste omni homini mutatio temporum, pro eo quod in omnibus istis temporibus contaminabantur et opprimebant, et ambulabant unusquisque in operibus suis, et legem Fortis non recordabantur. Propter hoc ignis cogitationes eorum devorabit, et in flamma examinabuntur curae renum eorum. Veniet enim judex et non tardabit. Quia unusquisque ex habitatoribus terrae sciebat cum inique agebat, et legem meam non noverunt propter superbiam suam. Multi autem tunc flebunt vere, super viventes autem magis quam super mortuos. Et respondi et dixi: O quid fecisti Adam omnibus qui a te geniti sunt! Et quid dicetur Evae primae quae serpenti obaudivit? Quia haec tota multitudo ivit ad tormentum, neque est numerus eis quos ignis devorat. Sed iterum loquar coram te. Tu, dominator Domine, scis quidquid est in creatura tua. Tu enim olim praecepisti pulveri ut daret Adam, et tu scis numerum eorum qui ab eo geniti fuerunt, et quantum peccaverunt coram te illi qui fuerunt, et non confessi sunt te factorem suum. Et de his omnibus finis eorum redarguet eos, et lex tua quam transgressi sunt, retribuet illis in die tuo. Nunc autem

dimittamus impios, et de justis inquiramus *. Et narrabo beatitudinem eorum et non tacebo gloriam eorum celebrare, quae reservata est eis. Vere enim sicut in tempore modico in hoc mundo, qui praeterit, in quo vivitis, laborem multum pertulistis; ita in mundo illo, cui finis non est, accipietis lucem magnam.

49. Veruntamen iterum petam a te, Fortis, et petam misericordiam ab eo qui fecit omnia. In quanam forma vivent viventes in die tuo? Aut quomodo permanebit splendor qui post illud tempus? Hanccine figuram hujus temporis resument tunc, et ista membra vinculorum vestient, quae nunc in malis sunt, et in eis complentur mala, an forte immutabis ea quae fuerunt in mundo, sicut etiam mundum?

50. Et respondit et dixit mihi: Audi, Baruch, verbum istud, et scribe in memoria cordis tui omne quod disces. Restituens enim restituet terra tunc mortuos quos recipit nunc, ut custodiat eos, nihil immutans in figura eorum, sed sicut recepit, ita restituet eos, et sicut tradidi eos ei, ita etiam sistet eos. Tunc enim oportebit ostendere illis qui vivunt, quoniam vixerunt mortui, et venerunt illi qui recesserant. Et erit, cum cognoverint unus alterum eos quos nunc noscunt, tunc invalescet judicium, et venient quae praedicta sunt.

51. Et erit postquam praeterierit ille dies statutus, tunc postea immutabitur aspectus * eorum qui damnati fuerint, et gloria eorum qui justificati fuerint. Fiet enim aspectus eorum qui nunc impie agunt, pejor quam est, ut sustineant supplicium. Etiam gloria eorum qui nunc justificati sunt in lege mea, quibus erat intelligentia in vita eorum, et qui plantaverunt in corde suo radicem sapientiae, tunc glorificabitur splendor eorum in commutationibus, et convertetur figura faciei eorum in lucem decoris eorum, ut possint potiri et accipere mundum qui non moritur, tunc promissus illis. In hoc enim maxime ingemiscent illi qui venient tunc, quod spreverunt legem meam, et obturaverunt aures suas, ut non audirent sapientiam, neque acciperent intelligentiam. Cum ergo videbunt eos, super quos nunc se extulerunt, qui tunc extollentur et glorificabuntur magis quam ipsi; et commutabuntur isti et illi, isti in splendorem angelorum, et illi ad stuporem visionum et ad visum imaginum maxime tabescent. Prius enim videbunt, et postea ibunt ut crucientur. Qui autem salvati sunt in operibus suis, et quibus fuit nunc lex spes, et intelligentia expectatio, et sapientia fiducia, apparebunt eis mirabilia in tempore suo. Videbunt enim mundum qui invisibilis est eis nunc, et videbunt tempus quod nunc occultatum est ab eis. Et iterum non veterabit eos tempus. In excelsis enim illius mundi habitabunt, et assimilabuntur angelis, et aequabuntur stellis, et erunt transmutati in omnem formam, quam voluerint, ex pulcritudine in speciositatem, et ex luce in splendorem gloriae. Expandentur enim in conspectu eorum latitudines paradisi, et ostendetur eis pulcritudo majestatis viventium, quae sunt sub throno, et omnes militiae angelorum, qui nunc detinentur in verbo meo, ne videantur, et detinentur praecepto, ut consistant in locis suis donec veniat adventus eorum. Excellentia autem erit tunc in justis magis quam ea quae in Angelis. Excipient enim primi novissimos, illos quos expectabant, et novissimi eos quos audiebant praeteriisse. Liberati enim fuerunt ex mundo isto tribulationis, et deposuerunt pondus angustiarum. In quo ergo perdiderunt homines vitam suam, et quocum

commutaverunt animam suam illi, qui fuerunt in terra? Tunc enim elegerunt sibi tempus istud, quod expers angustiarum praeterire non potest, et elegerunt sibi tempus cujus exitus pleni sunt gemitibus et malis, et abnegaverunt mundum, qui non veterat eos qui perveniunt ad eum, et rejecerunt tempus et gloriam, ne pervenirent ad honorem quem praedixi tibi.

52. Et respondi et dixi: Quomodo obliviscuntur illi, quia tunc vae servatum est eis? Et cur ergo lugemus iterum eos, qui moriuntur? Aut cur flemus eos qui abeunt in infernum? Reserventur lamentationes initio illius tormenti futuri, et reponantur lacrymae ad adventum exitii temporis illius. Sed etiam econtra haec loquar. Et justi quid facient nunc? Delectamini in passionibus quas patimini nunc. Cur enim respicietis in declinationem inimicorum vestrorum? Disponite animam vestram iis quae vobis reservata sunt, et praeparate animas vestras mercedi, quae reposita est vobis. Et cum haec dixissem, obdormivi ibi.

53. Et vidi visionem; et ecce nubes una ascendebat de mari magno valde, et intuebar eam, et ecce plena erat aquis albis et nigris, et colores multi erant in aquis istis, et tamquam similitudo fulguris magni apparebat in extremitate ejus. Et vidi nubem illam quae transibat velociter in cursibus celeribus, et cooperuit totam terram. Et factum est post haec, inceperat nubes illa pluere super terram aquas quae erant in ipsa. Et vidi non unam esse similitudinem aquarum quae descendebant de ea. Primum enim initium nigrae erant valde usque ad tempus *, et postea vidi aquas fieri lucidas, sed non erant multae, et postea iterum vidi nigras, et postea iterum lucidas, et iterum nigras, et iterum lucidas. Hoc autem factum est usque ad duodecim vices, sed nigrae plures erant semper quam lucidae. Et fuit in fine nubis, et ecce pluit aquas nigras, et tenebrosae erant magis quam omnes aquae priores, et ignis mistus erat in eis, et ubi descendebant aquae illae, afferebant corruptionem et exitium. Et vidi post haec fulgur, quod videram in extremitate nubis, quod eam apprehendit et detraxit usque ad terram. Maxime autem illuxerat fulgur illud, ita ut illuminaret totam terram, et sanavit illas regiones, ubi descenderant aquae postremae, et perniciem attulerant. Et occupabat totam terram et dominatum est ejus. Et vidi post haec, et ecce duodecim fluvii ascendebant de mari, et circumdabant illud fulgur, et subjiciebantur ei. Et ego prae timore meo evigilavi.

ORATIO BARUCH.

ei duodecim alae et capita tria. [2] Et vidi, et
ecce expandebat alas suas in omnem ter-
ram, et omnes venti caeli ad eam insuffla-
bant, et nubes ad eam colligebantur. [3] Et
vidi de alis ejus quod nascebantur alae
minutae et exiles et modicae. [4] Capita au-
tem ejus quiescebant, caput autem me-
dium majus erat aliis, veruntamen etiam
ipsum quiescebat cum eis. [5] Et vidi, et
ecce aquila praecepit alis suis, ut do-
minarentur universae terrae et habita-
torum ejus. [6] Et vidi, quomodo subjicie-
bantur ei omnia quae sub caelo, et nihil
resistebat ei de creaturis quae super ter-
ram. [7] Et vidi, et ecce surrexit aquila
super ungues suos, et emisit vocem alis
suis, et dixit eis, Ite, dominamini uni-
versae terrae; nunc autem quiescite; [8] et
nolite vigilare omnes simul, sed dormite
unaquaeque vestrum in loco suo, et per
tempus vigilabitis. [9] Capita autem ad no-
vissimum serventur.

[10] Et vidi, quod vox ejus non exibat
de capitibus ejus, sed de medio corporis
ejus. [11] Et numeravi modicas alas ejus, et
ipsae quoque erant octo.

[12] Et vidi, et ecce a dextero latere sur-
rexit una ala, et dominata est super om-
nem terram. [13] Et vidi quia venit finis
ejus, et interiit *, ut non appareret neque
locus ejus.

Et vidi, et ecce exurrexit ala secunda,
et dominata est et ipsa universae terrae
multum tempus. [14] Et factum est cum
dominata esset, venit finis ejus, ut in-
teriret sicut prior.

[15] Et ecce, vox audita est illi, dicens:
[16] Audi, tu es quae toto tempore isto te-
nuisti terram: haec annunciatio annun-
ciata est antequam intereas. [17] Nemo * ex
iis qui post te tenebit sicut istud totum
tempus, neque sicut dimidium ejus. [18] Et
vidi, et ecce surrexit ala tertia, et domi-
nata est etiam ipsa sicut sociae suae prio-
res super universam terram: et interiit et
ipsa sicut priores. [19] Et sic contingebat
omnibus alis singulatim dominari, et item
interire.

[20] Et vidi, et ecce in tempore alae mo-
dicae etiam ipsae surrexerunt a dextero
latere, ut tenerent terram: et ex iis te-
nebant, sed tamen statim interibant. [21] Et
ex eis surgebant, sed non tenebant do-
minatum. [22] Et vidi post haec, et duo-
decim alae ejus interierant, et duae ex
alis modicis: [23] et nihil superfuit de
corpore aquilae, nisi solum tria capita
quae quiescebant et sex alae modicae.
[24] Et vidi, et ecce de ipsis alis modicis
divisae sunt duae alae, et ierunt et ste-
terunt sub capite quod in dextero latere;
quattuor autem manserunt in loco suo.
[25] Et vidi, et ecce illae quattuor alae mo-
dicae cogitabant surgere, et tenere domi-
natum. [26] Et vidi, et ecce surrexit una,
sed statim interiit. [27] Et item secunda,
sed et ipsa interiit velocius, quam prior.
[28] Et vidi, et ecce illae duae quae ex
iis superfuerunt cogitabant a se et ipsae
tenere principatum. [29] Et dum ipsae co-
gitarent dominari super terram, vidi,
et ecce unum capitum quae quiesce-
bant, medium evigilavit, ipsum autem
majus erat duobus capitibus aliis. *.....
duo secum. [31] Et cum duobus quae cum eo

conversum est, et comedit duas alas mo-
dicas quae cogitabant dominari. 32 Ipsum
autem caput tenuit omnem terram, et hu-
miliavit habitatores ejus in labore multo,
et invaluit super orbem prae omnibus alis
quae fuerunt. 33 Et vidi post haec, et ecce
subito caput medium interiit, et ipsum
sicut et alae. 34 Superfuerunt autem duo
capita, et ipsa dominata sunt super uni-
versam terram, et super habitatores ejus.
35 Et vidi, et ecce devoravit caput quod
in dextero latere illud quod in laevo.

36 Et audivi vocem dicentem mihi, Con-
spice contra te, Ezra, et vide quem vides
finem. 37 Et vidi, et ecce sicut leo qui ex-
citatus est de silva * clamans et rugiens:
et audivi quomodo emisit vocem hominis
ad aquilam. Et locutus est, et dixit ei,
38 Audi tu, aquila, et dicam tibi. Dicit
tibi Altissimus, 39 Nonne tu es quae su-
perfuisti de quattuor animalibus, quae
feceram dominari super saeculum meum,
et ut per ea veniret finis temporum?
40 Tu autem quarta venisti, et devicisti
omnia animalia quae transierunt, et in-
valuisti super saeculum in laboribus mul-
tis, et super omnem orbem in violentia
amara, et cum dolo inhabitasti in orbe
tempore multo. 41 Et judicasti terram non
in veritate. 42 Spoliasti enim et diripui-
sti pios et veraces, et male tractasti hu-
miles, et odisti rectos, et dilexisti men-
daces, et destruxisti munitiones eorum
qui abundabant, et humiliasti muros eo-
rum qui te non nocuerunt. 43 Et ascendit
contumelia tua apud Altissimum et apud
Fortem. 44 Et respexit Altissimus in tem-
pora sua, et ecce finita sunt, et saecula
ejus completa sunt. 45 Propterea interiens
interibis tu aquila, et alae tuae excelsae,
et alae tuae modicae et malae, et capita
tua amara, et ungues tui mali, et totum
corpus tuum exosum et malum, 46 uti
refrigeretur et allevetur omnis terra, cum
scilicet liberata fuerit de vi, quae sperat
judicium et misericordiam factoris sui.

XII, 1 Et factum est, dum loqueretur
leo verba haec ad aquilam: vidi, 2 et ecce
quod superfuit caput, interiit subito, et
tunc illae duae alae quae ad ipsum tran-
sierunt, surrexerunt ut dominarentur:
et principatui earum erit finis, et tu-
multu erit plenus. 3 Et vidi, quia et ipsae
interierunt, et totum corpus aquilae in-
cendebatur, terra autem stupebat valde,
ego autem a multitudine terroris, et a
magno timore vigilavi, et dixi spiritui
meo, 4 Tu praestitisti mihi haec omnia,
quia scrutaris vias Altissimi. 5 Et ecce
dissolutus sum in anima mea, et spiri-
tus meus defecit valde, et nec modica
superfuit in me virtus a multo timore,
quem timui nocte hac.

6 Et nunc orabo Altissimum, et con-
fortabit me usque in finem. 7 Et dixi, O
dominator Domine, si inveni gratiam in
oculis tuis, et si vere beatus sum apud
te prae multis, et si in veritate ascen-
dit deprecatio mea ante majestatem faciei
tuae, 8 conforta me, et ostende mihi servo
tuo interpretationem et distinctionem vi-
sus hujus quem vidi, ut plene consoleris
animam meam. 9 Non enim quia dignus
sum, reputasti me ut revelares mihi finem
temporum, et novissimum horarum.

Et respondit, et dixit ad me, 10 Haec
est interpretatio visionis quam vidisti.
11 Aquilam quam vidisti quae ascendit de
mari, hoc est regnum quartum quod
visum est in visione fratri tuo Danieli.
12 Sed non est illi interpretatum, quo-
modo nunc tibi interpretor, aut quomodo
interpretatus sum tibi.

13 Ecce dies veniunt, et exurget regnum
super terram, et erit terribile prae omni-
bus regnis quae fuerunt ante ipsum. 14 Et

regnabunt in eo duodecim reges, unus post unum. [15] Secundus autem cum regnabit, ipse tenebit amplius tempus prae duodecim. [16] Haec est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. [17] Et quoniam vidisti vocem quae loquebatur, et non exibat de capite aquilae, sed de medio corporis ejus, [18] hoc est verbum, quoniam inter tempus regni illius erunt divisiones multae, et periclitabitur ut cadat: et non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum principatum pristinum. [19] Et quoniam vidisti alas modicas octo quae prodierunt sub alis ejus, [20] hoc est verbum; exurgent enim in ipso octo reges, quorum erunt tempora levia, et horae citatae, et duo ex ipsis perient, [21] cum adveniet tempus quod medium erit, et quattuor servabuntur ad tempus, cum adveniet tempus ejus ut finiatur: duo vero in finem servabuntur. [22] Et quoniam vidisti in ea tria capita quiescentia, [23] hoc est verbum: in novissimo temporum suscitabit Altissimus tres reges, et renovabunt in eo multa; et conterent terram, [24] et habitatores ejus, in labore multo super omnes qui fuerunt ante eos: propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilae. [25] Ipsi enim sunt qui renovabunt impietatem ejus, et ipsi perficient ei novissimum ejus. [26] Et quoniam vidisti illud unum caput majus quod interiit: quoniam unus ex eis tantum super lectum suum morietur, etiam ipse autem cum tormentis. [27] Illi autem duo qui superfuerint, gladius eos comedet. [28] Quoniam gladius unius comedet socium* suum: at vero etiam ipse in novissimo in gladio cadet. [29] Et quoniam vidisti alas duas quae trajecerunt ad caput quod in dextero latere, [30] hoc est verbum: hi sunt quos separavit Altissimus in finem suum, et regno eorum erit finis, et turbationis erit plenum, sicut vidisti.

[31] Et quod vidisti leonem, qui de silva evigilavit clamans, et rugiens, et loquens ad aquilam, et arguebat eam de iniquitate ejus, et omnes sermones sicut audisti: [32] hic est Unctus quem servat Altissimus in finem dierum, qui orietur ex semine David: et veniet, et loquetur cum eis, et arguet illos de impietate eorum, et super maleficio eorum exprobrabit illos, et ordinabit coram eis iniquitatem eorum. [33] Statuet enim eos coram me in judicio eorum vivos: et erit, cum arguerit eos, tunc perdet eos. [34] Residuum autem populum meum liberabit in misericordia eos, qui permanserunt in finibus meis, et jucundabit eos quoadusque veniet finis diei judicii, de quo locutus sum tecum ab initio. [35] Haec est visio quam vidisti, et haec est interpretatio ejus. [36] Et tu solus dignus fuisti scire secretum Altissimi. [37] Scribe ergo in libro ista omnia quae vidisti, et pone ea in loco abscondito: [38] et doce ea sapientes populi tui, quorum corda nosti posse capere ad servandum secreta haec. [39] Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem, ut tibi ostendatur quod vult Altissimus ostendere tibi. [40] Et profectus est a me.

Et factum est, cum vidisset populus quoniam pertransierunt septem dies, et ego non fuissem reversus in civitatem, congregavit se universus populus a minimo usque ad maximum: et surrexerunt, et venerunt ad me, et responderunt, et dicunt mihi: [41] Quid peccavimus tibi, aut quid mali egimus in te, quoniam dereliquisti nos, et sedisti in loco hoc? [42] Tu enim nobis superfuisti ex omnibus prophetis, sicut botrus de vindemia, et sicut lucerna in loco obscuro, et sicut portus salvationis navi quando constituta est in tempestate. [43] Aut non sufficiunt nobis mala quae contigerunt nobis, nisi

et tu nos derelinquas? 44 Si autem nos
dereliqueris, nobis erat melius, si fuisse-
mus succensi et nos in incendio Sion.
45 Nec enim sumus meliores iis qui ibi
mortui sunt. Et ploravi voce magna, et
respondi, et dixi ad eos: 46 Confide Israel,
et noli tristari tu domus Jacob. 47 Est enim
memoria vestri coram Altissimo, et For-
tis non obliviscetur vestri in aeternum.
48 Ego autem non dereliqui vos, neque
derelinquam vos; sed veni in hunc locum
ut deprecarer pro desolatione Sion, et ut
quaererem misericordiam pro humilitate
sanctuarii nostri. 49 Et nunc ite unusquis-
que in domum suam, et ego veniam ad
vos post dies istos. 50 Et profectus est
populus in civitatem, sicut dixi eis:
51 ego autem sedi in campo septem die-
bus, sicut mihi mandavit: et manduca-
bam de floribus agri solummodo, et de
herbis facta est esca mea in diebus illis.

XIII, 1 Et factum est post dies septem,
et vidi visionem nocte. 2 Et ecce ventus
magnus exurrexit in mari, ut conturbaret
omnes fluctus ejus. 3 Et vidi, et ecce ipse
ventus ascendere faciebat de corde maris
tanquam similitudinem hominis. Et vidi et
ecce volabat ipse ille homo cum nubibus
caeli: et ubi vultum suum vertebat ut
consideraret et videret, tremebant omnia
a conspectu visus ejus: 4 et ubi exibat
vox oris ejus, liquescebant omnes qui
audiebant vocem ejus, sicut liquescit cera
quando sentiat ignem *. 5 Et vidi post
haec, et ecce congregabatur multitudo ho-
minum, quorum non erat numerus, de
quattuor ventis caeli, ut pugnarent cum
homine qui ascenderat de mari. 6 Vidi
autem, quod excidit sibi montem excel-
sum, et volavit, et stetit super eum. 7 Ego
autem quaesivi videre regionem vel locum
unde excisus esset mons ille, et non po-
tui. 8 Et post haec vidi, et ecce omnes
qui congregati sunt, ut pugnarent cum
eo, timebant valde, attamen audebant pu-
gnare. 9 Et ut vidit impetum adventus mul-
titudinis quae venerat, non levavit manum
suam, neque frameam tenebat, neque ali-
quod ex omnibus vasis bellicosis, sed vidi,
10 quomodo emittebat de ore suo solum-
modo sicut fluctus ignis, et de labiis ejus
spiritum flammae, et de lingua ejus ejicie-
bat carbones procellae, et haec commista
sunt omnia simul fluctus ignis, et spiri-
tus flammae, et multitudo procellae: 11 et
conciderunt super impetum adventus il-
lius populi multi, qui praeparatus erat
pugnare, et succendit omnes, ut subito
nihil videretur de multitudine turbae in-
numerabilis, nisi solummodo pulvis cine-
ris, et fumi odor: et vidi, et obstupui.

12 Et post haec vidi illum hominem de-
scendisse de monte illo, et vocabat ad se
multitudinem turbae alius pacificae, 13 et
accedebant* ad eum vultus hominum mul-
torum, ex eis autem gaudebant, et ex eis
tristes, et ex eis alligati, et ex eis addu-
centes quae offeruntur: ego autem a mul-
titudine terroris expergefactus sum.

Et deprecatus sum Altissimum, et dixi.
14 Tu es qui ab initio demonstrasti servo
tuo mirabilia haec, et cum non essem
dignus, reputasti me ut susciperes de-
precationem meam: 15 et nunc revela
mihi etiam interpretationem visionis hu-
jus. 16 Sicut enim existimo in sensu meo,
vae iis qui derelicti fuerint in diebus illis;
et multo etiam plus vae illis qui non sint
derelicti. 17 Quia enim non sunt derelicti,
tristes erunt 18 in eis quae sunt reservata
illis qui derelinquentur in novissimis die-
bus, ipsi autem non pervenient ad ea.
Et iis qui derelicti sunt, 19 propter hoc
vae! Videbunt enim pericula magna cum
necessitatibus multis, sicut ostendunt vi-
siones istae. 20 Attamen melius est resur-

gere hominem in periculo, et venire ad
ista, quam pertransire sicut nubem a
saeculo, et non videre quae contingent
in fine temporum.

Et respondit, et dixit ad me: 21 Et
visionis tuae interpretationem dicam tibi:
et de quibus locutus es revelabo tibi.
22 Quoniam dixisti de iis qui derelinquen-
tur, et de iis qui non derelinquentur: hoc
est verbum. 23 Qui sufferet periculum illo
tempore, hic custodiet eos qui in periculo
jacent, eos qui habent opera et fidem
apud Altissimum et Fortem. 24 Vide ergo
quoniam magis beatificati sunt qui dere-
licti, super eos qui mortui sunt. 25 In-
terpretatio autem visionis tuae haec est.

Quoniam vidisti virum ascendentem de
corde maris, 26 ipse est quem conservat
Altissimus ad multa tempora, per quem*
salvabit creaturam suam, et ipse trajiciet,
qui derelicti sunt. 27 Et quoniam vidisti
de ore ejus exire spiritum ignis et pro-
cellae: 28 quoniam autem non tenebat
in manu sua frameam, neque vas belli-
cosum: et corrupit multitudinem adven-
tus illius turbae venientis pugnare cum
eo: hoc est verbum. 29 Ecce dies veniunt,
quando instituet Altissimus ut liberet eos
qui super terram: 30 veniet stupor multus
super habitatores terrae. 31 Et cogitabunt
bellare unus cum altero: civitas cum ci-
vitate, et locus cum loco, et gens cum
gente, et regnum cum regno. 32 Et erit,
cum fient haec signa quae praedixi tibi:
tunc revelabitur filius meus, quem vidisti,
ut virum ascendentem. 33 Et quando au-
dierint omnes gentes vocem ejus: dere-
linquet unusquisque ex eis locum suum
et bellum, quod inter eos: 34 et collige-
tur in unum multitudo innumerabilis,
sicut vidisti, volentes venire, et bellare
cum viro illo. 35 Ipse autem stabit super
cacumen montis Sion. 36 Sion autem ve-
niet, et ostendetur omnibus parata et ae-
dificata, sicut vidisti montem excisum
sine manibus. 37 Ipse autem filius meus
arguet quae advenerunt gentes, de impie-
tate earum, illas quae assimilatae sunt
procellae, et ordinabit coram eis opera
eorum mala et cruciamentum quo futu-
rum est ut crucientur. 38 Postea autem
ille qui assimilatus est flammae, perdet
eos sine labore per legem illius quae igni
assimilata est*.

39 Et quoniam vidisti eum advocantem
et colligentem ad se multitudinem turbae
alius pacificae, 40 hae sunt novem tribus
et dimidia, quae captivae factae sunt de
terra sua in diebus Josiae* regis, quas
captivas duxit Salbanasar* rex Assyrio-
rum: et transtulit eos trans flumen Eu-
phraten, et captivi ducti sunt in terram
aliam. 41 Cogitaverant enim ipsi inter sese,
et sibi dederunt consilium hoc ut derelin-
querent multitudinem gentium, et profici-
scerentur in regionem interiorem, ubi a
diebus suis* non inhabitavit progenies ho-
minum: 42 ut saltem ibi observarent legem
suam, quam non servaverant in terra sua.

43 Introierant autem per introitus an-
gustos Euphratis. 44 Fecit enim eis tunc
Altissimus portenta, prohibebat enim exi-
tus fluminis usquequo transierunt omnes.
45 Ut irent autem miseri*, via fuit multa
ad eundum, iter anni unius et dimidii:
ipsa autem regio illa vocatur Arzaph, finis
mundi. 46 Et inhabitaverunt ibi usque ad
novissimum tempus: et tunc iterum cum
futurum est ut veniant, 47 iterum Altissi-
mus prohibebit exitus fluminis Euphratis,
ut possint transire; propter hoc vidisti
multitudinem turbae collectam in pace.
48 Sed et qui derelicti sunt de populo tuo,
salvabuntur, illi qui invenientur in ter-
minis meis sanctis. 49 Erit autem, quando
perdet multitudinem gentium, quae col-

lectae sunt, proteget populum qui su-
perfuit: [50] et tunc ostendet eis multo
plura portenta.

[51] Et ego iterum dixi ei, O dominator
Domine, hoc mihi ostende, propter quod
vidi virum ascendentem de corde maris.

Et respondit, et dixit mihi: [52] Sicut
non potest scrutari, et invenire, vel scire
quis quae in profundis maris: sic non
poterit quis ex illis qui super terram vi-
dere filium meum, vel eos qui cum eo,
nisi in eo tempore in die ejus. [53] Haec
est interpretatio visionis quam vidisti,
propter hoc revelata fuerunt tibi ista,
tibi soli. [54] Quoniam dereliquisti quae tua
sunt, et vacasti iis quae nostra* sunt, et
ea quae legis sunt quaesisti. [55] Vitam enim
tuam disposuisti in sapientia, et intelli-
gentiae acclamasti: Mater mea. [56] Propter
hoc ostendi tibi ista, merces enim apud
Altissimum*: erit autem post tres dies,
loquar tecum alia, et exponam tibi mira-
bilia novissima.

[57] Et profectus sum, et ambulavi in
campo multum, et glorificabam et lauda-
bam Altissimum de mirabilibus quae per
tempus fecit: [58] et gubernat tempora, et
quae in temporibus veniunt, et sedi ibi
tribus diebus.

XIV, [1] Et factum est post haec, et ego
sedebam sub quercu. [2] Et ecce, vox exivit
de rubo qui contra me, et respondit, et
dixit mihi: Ezra Ezra. Et dixi: Ecce ego.
Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad
me: [3] Revelans revelatus sum de rubo,
et locutus sum cum Moyse, quando po-
pulus meus serviebat in Aegypto, [4] et
misi eum, et eduxit populum meum de
Aegypto, et adduxit eum in desertum, et
ascendere fecit eum ad montem Sina, et
detinui eum apud me diebus multis: [5] et
enarravi ei mirabilia multa, et ostendi ei
temporum secreta, et indicavi ei finem
horarum: et praecepi ei, et dixi ei: [6] Haec
verba ex iis abscondes, et ex iis reve-
labis.

[7] Et nunc tibi dico, Ezra: [8] Signa quae
antea demonstravi tibi, et visiones quas
vidisti, et interpretationem earum quam
audisti, in corde tuo repone ea, et ab-
sconde ea.

[9] Tu enim recipieris ab hominibus, et
eris exinde cum filio meo et cum simi-
libus tuis, usquequo finiantur tempora.
[10] Saeculum enim amisit juventutem suam,
et tempora appropinquaverunt senescere.*
[13] Nunc ergo dispone domum tuam, et ad-
mone populum tuum, et consolare pios eo-
rum, et doce sapientes, et renuntia jam
vitae isti corruptelae, [14] et dissolve abs te
pondus hominum, et projice cogitationes
mortis, et exue jam naturam infirmitatis,
et repone in unam partem cogitamenta
quae te angustiant, et festina transmigrare
a temporibus his: [15] quae enim vidisti
nunc fuisse mala, iterum postea his de-
teriora erunt: [16] quantum enim deficiet
saeculum a senectute sua, sic multipli-
cabuntur mala super habitatores terrae.
[17] Elongat enim se magis veritas, et ap-
propinquat mendacium. Jam enim festinat
venire aquila, quam vidisti in visione.

[18] Et respondi, et dixi: Loquar coram
te Domine. [19] Ecce ego abibo, sicut prae-
cepisti mihi, et commonebo populum
istum praesentem. Qui autem iterum na-
scentur, quis commonebit eos? [20] Positum
est enim saeculum in tenebris, et habi-
tatores ejus sine lumine. [21] Quoniam lex
tua incensa est, et nemo scit opera quae
fecisti, vel quae futurum est ut facias.
[22] Si ergo inveni gratiam coram te, im-
mitte in me, Domine, Spiritum sanctum,
et scribam omne quod factum est in sae-
culo ab initio, omne quod erat in lege
tua scriptum ut possint homines invenire

semitam: et qui voluerint vivere, in no-
vissimo inveniant viam.

23 Et respondit, et dixit ad me: Vade
et congrega populum tuum, et dic ad eos,
ut non quaerant te diebus quadraginta.
24 Tu autem praepara tibi tabulas multas,
et accipe tecum Sariam, et Dariam, et
Salemiam cum Helcana, et Sciel, hos
quinque viros, quia parati sunt ad scri-
bendum velociter. 25 Et venies huc, et
ego accendam in corde tuo lucernam in-
tellectus, quae non extinguetur quoadus-
que finias quae futurum est ut scribas.
26 Et quando perfeceris, quaedam palam
facies, et quaedam absconde, et trades
ea sapientibus: in crastino enim hac hora
incipies scribere.

27 Et profectus sum, sicut mihi prae-
cepit, et congregavi omnem populum, et
dixi eis: 28 Audite Israel verba haec:
29 Peregrini fuerunt patres nostri ab initio
in terra Aegypti, et liberati sunt inde:
30 et acceperunt legem vitae, et non cu-
stodierunt eam, quam et vos post eos
abjecistis: 31 et data est vobis terra in
hereditatem in terra Sion, vos autem,
et patres vestri iniquitatem fecistis, et
non servastis vias quas praecepit vobis
Moyses servus Domini. 32 Altissimus au-
tem, qui est judex veritatis, abstulit a
vobis quod ad tempus datum fuerat vo-
bis. 33 Et nunc vos estis hic in tribula-
tione, et fratres vestri introrsum vestrum
in terra alia. 34 Si ergo commonueritis
animam vestram, et erudieritis cor ve-
strum in vita vestra conservati eritis, et
post mortem erit super vos misericordia.
35 Judicium enim post mortem veniet,
quando reviviscemus: et tunc nomen ju-
storum parebit, et impiorum facta osten-
dentur. 36 Ad me autem nemo accedat,
neque requiratis me usque ad dies qua-
draginta.

37 Ego autem accepi hos quinque viros,
sicut mandavit mihi, et profectus sum in
campum, et mansimus ibi, sicut dixit mihi.
38 Et factum est in diem crastinum, et
ecce vox vocans me, et dixit: Ezra Ezra,
aperi os tuum, et bibe quo te potavero.
39 Et aperui os meum, et vidi, fuit mihi
calix plenus. Plenus autem erat sicut aqua:
et similitudo ejus similis erat igni. 40 Et
accepi, et bibi: et factum est cum bibe-
rem eum, ecce cor meum emanabat in-
tellectum, et pectus meum eructabat sa-
pientiam, et spiritus meus conservabat
memoriam. 41 Et apertum est os meum, et
non est clausum. 42 Altissimus autem dedit
intellectum illis quinque viris, et scribe-
bant quae dicebantur in serie in characte-
ribus litterarum quas non sciebant. 43 Et
sedi ibi quadraginta dies. Ipsi autem per
diem scribebant, et nocte manducabant
panem tantum, ego autem per diem lo-
quebar, et per noctem non tacebam.

44 Scripti sunt autem in illis quadra-
ginta diebus libri nonaginta quattuor.

45 Et factum est cum completi essent
quadraginta dies, locutus est mecum Al-
tissimus, et dixit mihi: Hos viginti quat-
tuor libros, quos scripsistis prius, in pa-
lam pone, et legant eos digni et indigni
de populo: 46 hos autem septuaginta con-
servabis, et trades eos sapientibus populi
tui. 47 In iis enim sunt venae intellectus,
et sapientiae fontes, et scientiae lumen *.

Et feci sic, in anno septimo in hebdo-
mada sexta post quinque millia annos
creationis, et menses tres, et dies duode-
cim. Et in eis raptus est Ezras et assum-
ptus est in locum similium ejus, postquam
scripsit ista omnia. Ipse autem vocatus est
scriba scientiae Altissimi usque in saecula
saeculorum.

EXPLICIT LIBER PRIMUS EZRAE.

PASSIO SANCTI VINCENTII
LEVITAE ET MARTYRIS.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT PASSIO BEATI LEVITÆ ET MARTYRIS VINCENTI.

In illis diebus. cum grauissima in christianos persecutio ebullissit [1]. dioclitiano et maximiano imperatoribus in avgustanam prouinciam [2]. ciuitate ualentina. datianus iniquissimus præses officium crudelitatis aduersus dei sanctos suscepit: Qui mox ut ingressus est orbem [3]. suos direxit milites. ut episcopum ualerium. et uincentium leuitam. una cum ceteris ecclesiae ordinibus. catenarum nexibus alligatos. et penuria famis affectos. ad ualentinam ciuitatem perducerent: Qui cum perducti fuissent. et in costodia [4] carceris reclusi. cum eos iam deficisse [5] per supplicia existimarit [6]. iussit datianus suo eos conspectui praesentari: Et cum cernerit [7] illos elari [8] uultu. adque sincerissimos. in hac uoce iratus prorupit: Quid dicis tu ualeri. qui sub nomine religionis contra decreta principum facis. Ad hæc beatus ualerius episcopus. cepit leni uoce responsa carnifici dare: Cui leuita uincentius ait: Noli pater uenerabilis quasi mente timida submormorare [9]. sed libera uoce exclama. ut conteras rabiem tyrranni. qui contra dei minysterium latrat: Ad hæc datianus ira repletus ait: Amouete hunc episcopum. et uincentium reuellem [10]. in eculeo suspendite et torquite [1]. ut discat per tormenta. principum iussis obtemperare: Qui suspensus. cum diu torqueretur. ait datianus: Dic mihi uincenti. ubi tuum miserum conspicis corpus: At ille subridens ait: Hoc est quod semper obtaui: Paratus est dei seruus. omnia pro saluatoris nomine sustinere:

Tunc iratus datianus. clamare tortoribus cepit: Miserrimi. cur deficiunt manus uestrae. ut non praeualeates [2] torquentes superare uincentium: Adulteros et magos. atque parricidas uincere potuistes [3]. ut nihil penitus inter inlata supplicia celare potuissent. dum illos durius torquebates [4]. et nunc solus uincentius uestra poterit superare tormenta. et non illum ita potestes [5] discerpere ut christum suum negare cogatur: Tunc beatus uincentius. denuo subridens ait: Christum fateor dei filium. patris altissimi unicum. cum patre et cum spiritu sancto protestor esse deum. et negare me cogis. qui ea quae uera sunt confiteor:

Plane debes torquere. si mentiar: Iratus autem praeses. iussit eum flagellari. et ardentes ferri laminas supra pectus martyris poni. atque liquefacto plumbo [6] feruentes guttas adiungi. et super recentes uulnerum plagas. adusti salis fragmina spargi praecepit: Post haec interrogabat datianus milites. quid beatus christi agerit [7] leuita:

Renuntiatur illi a militibus quod elari [8] uultu. spiritu fortiori. pertinaci magis professione quam ceperat. christum dominum confitetur:

Tunc iussit eum praeses recludi in carcere tenebrosum [9]. et fragmina testæ per totum iactari. ut cum uir sanctus membra dare uoluissit [10] quieti. acutissima testae fragmenta. uulneribus infigerentur: Sed dum costodes [1] a somno euegelassent [2] subito lux refulsit in carcere. et mollia stramenta illic apparuerunt. in qua leuita

domini superiacens. psalmum domino canit. et hymnum letus exultat: Exterriti custodes [3] timebant. ne christi minister uincentius de carcere effugissit [4]: Quibus beatus uincentius. exclamans dixit: Nolite timere. sed potius si ualetes [5] adpropinquate. et celestem lucem oculis aurite. et datiano iniquissimo renuntiate. qua fruar luce: Quo datianus audito. ingemuit et ait: Quid amplius faciemus. iam uicti sumus: Reportetur ad lectulum. et stramentis mollioribus reponatur: Si inter tormenta deficerit [6]. plus eum facimus gloriosum: Et cum ad lectulum fuissit [7] reportatus. continuo deo reddidit spiritum: Quod cum renuntiatum fuissit [8] datiano. iussit corpus ipsius in apertum proici campum. ut eius cadauer canes aut bestiae consumerint [9]: Tum coruus iusta cadauer sedit. qui uenientes abigebat aues. simul et lupo uenienti audacter inruit. eumque pulsum longius fugauit. Et hoc datianus audiens. non ferens tanti nominis gloriam. iussit nautis [10]. ut eum longius a litore. in mare proicerent: Qui iussa sui principis adimplentes. in alta pelagi uada. lapide corpori alligato merserunt: Sed domini manu gouernatum [1]. continuo defertur ad litus: Quod dum reppertum fuissit [2]. anus quædam ionice nomine. eum cum omni honoficentia [3] tradedit [4] sepulturae: Dum turba fidelium hoc audissit [5]. ex sepulchro sanctum eius corpus rapuerunt. et ad ecclesiam cum gaudio reportantes. summa cum ueneratione. sepulturae tradederunt [6]: Passus est [7] beatus uincentius leuita [8]. in ciuitate ualentina. die undecimo kal: febru: [9] sub datiano praeside:

Regnante domino. nostro. iesu. christo. cui est honor et gloria in sæcula saeculorum: Amen.

[1] *ebullisset* manus posterior.

[2] primo fuit *agust.*, sed ipsa prima manus correxit *avgust.*; dein rasura factum *avgustana prouincia.*

[3] *urbem* m. post.

[4] *custodia* m. post.

[5] *defecisse* m. post.

[6] *existimaret* m. post.

[7] *cerneret* m. post.

[8] *ilari* m. post.

[9] *submurmurare* m. post.

[10] *rebellem* m. post.

[1] *torquete* m. post.

[2] *praeualeatis* m. post.

[3] *potuistis* m. post.

[4] *torquebatis* m. post.

[5] *potestis* m. post.

[6] *plumbo* suppletum nescio qua manu.

[7] *ageret* m. post.

[8] *ilari* m. post.

[9] *tenebroso* manus prima fortasse correxit, certe sic refictum.

[10] *uoluisset* m. post.

[1] *custodes* m. post.

[2] *euigilassent* m. post.

[3] *custodes* m. post.

[4] *effugisset* m. post.

[5] *ualetis* m. post.

[6] manus prima videtur correxisse *deficeret*, m. posterior effecit *defecerit*.

[7] [8] *fuisset* m. post.

[9] *consumerent* m. post.

[10] *nautis*, litera *i* posterioris manus est in rasura, quae tamen ex spatio aegre ferebat *a* vel *e*.

[1] *guuernatum* (sic) m. post.

[2] *fuisset* m. post.

[3] *honorificentia* m. post.

[4] *tradidit* m. post.

[5] *audisset* m. post.

[6] *tradiderunt* m. post.

[7] post *Passus est* addit *autem* m. post.

[8] post *leuita* addit *et martyr* m. post.

[9] *kalendarum februariarum* m. post.

FRAGMENTUM ACTUUM APOSTOLORUM

VETUSTAE VERSIONIS LATINAE

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT: LECTIO ACTUUM APOSTOLORUM.

IN NATALE SANCTI STEFANI.

VI, 8 Stefanus plenus gratia et uirtute
faciebat signa et prodigia magna in populo.
in nomine domini iesu christi: 9 Exurre-
xerunt autem quidam de sinagoga eorum.
qui dicuntur libertini. et de cirinensium. et
de alexandrinorum. et eorum qui a cilicia
erant. et ab asia conquerentes cum ste-
fano. 10 nec poterant resistere sapientia. et
spiritu sancto quo loquebatur: 11 Tunc in-
miserunt uiros dicentes. quia audiuimus
eum loquentem uerba blasfemiae. in moy-
sen et deum: 12 Et concitauerunt populum
ac senioris. et scribas. et circumstantes. ra-
puerunt eum. et adduxerunt in concilium:
13 Et statuerunt falsos testes dicentes: Homo
iste. non cessat uerba loqui contra locum
sanctum. et legem: 14 Audiuimus enim il-
lum dicentem. quia iesus nazoreus. hic de-
struit locum hunc. et mutauit instar quod
tradedit nobis moyses: 15 Et intendentes in
illum omnes qui sedebant in concilio. ui-
derunt uultum eius tamquam uultum an-
geli: VII, 1 Ait autem princeps sacerdotum
stefano: Si haec ita se habent: 2 Ad ille dixit:
51 Dura ceruice et non circumcisi corde et
auribus. uos semper spiritui sancto resti-
tistis. sicut patris uestri et uos: 52 Quem
enim profetarum non sunt persecuti patres
uestri. et occiderunt eos. qui adnuntiabant
de aduentu iusti. cuius nunc uos prodito-
res et interfectores fuestes. 53 qui accepistis
legem in ordinatione angelorum et non co-
stodistis: 54 Cum autem haec audirent. fre-
mebant in cordibus suis. et stridebant den-
tibus in eum: 55 Ille autem cum esset ple-
nus spiritus sancto. intendens in caelum
uidit maiestatem dei et iesum stantem ad
dextris dei. et ait: Ecce uideo caelos aper-
tos: et filium hominis statem ad dextris
dei: 56 Clamantes autem uoce magna, con-
presserunt aures suas. et impitum fece-
runt uno animo in eum: 57 Eiectumque
extra ciuitate. lapidabant: Et falsi testes
exposuerunt uestimenta sua. secus pedes
aduliscentes nomine sauli. 58 ac lapidabant
stefanum. et inuocantem et dicentem. do-
mine iesu accipe spiritum meum: 59 Positis-
que genibus. clamauit uoce magna dicens:

Domine ne statuas illis hoc peccatum: Et hoc dicto dormiuit: Saulus autem erat consentiens interfectioni eius: VIII, [1] Facta est itaque in illa die persecutio magna in ecclesia. quae erat hyerussolimis. Et dispersi sunt omnes per regionis et samariae. præter apostolus qui remanserunt hyerusalem: [2] Conportauerunt ergo stefanum uiri timorati. et fecerunt planctum magnum supra eum: [3] Saulus uero deuastabat ecclesiam intrans in domus. et trahens uiros ac mulieres. tradebat in costodiam: [4] Hii ergo qui dispersi erant ibant per ciuitates et castella euangelizantes uerbum dei.

VI. [10] *sapientiae... spiritui* manus posterior.

[12] *seniores* m. post.

VII, [2] Pro *Ad* dedit *At* m. post.

[51] *patres* m. post.

[53] *custodistis* m. post.

[55] *spiritus*, *s* finale abrasum ex parte, nec correctum aliter, est autem in codice per compendium *sp.*

Ibid. *statem* sic, et compendii literae *n* aegre vestigium posset haberi evanidum quid extans super *a*.

[56] *uno animo*, primo erat *unanimo*, sed ipsa prima manus correxit.

Ibid. primo erat *i eum*, sed ipsa prima manus correxit.

[57] *Eiectumque*, *que* abrasum, nec praemissum *et*.

Ibid. *aduliscentis* (sic) m. post.

[58] *et inuocantem*, *et* ex parte abrasum.

[59] *obdormiuit* m. post.

VIII, [1] *regiones* m. post.

Ibid. *apostolos* correctum manu posteriori, imo fortasse prima.

[2] *dei*, minio effictum *domini*.

ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Titulum libri ipse apposui; de auctore cf. praefationem supra, cetera e titulo ad capitulorum tabulam, et ad capitulum primum sunt. Edidit hanc tabulam cum Latina versione et notis Cardinalis Angelus Mai, Spicilegium Romanum, T. VI, p. 603.

[1] Codex a περὶ incipit novum capitulum, male ex contextu et ex ipso capitulo repetito in textu infra.

[2] Codex αὐτῇ παρ' αὐτοῦ, sed infra in textu ipse codex offert quae dedi, quod et rei veritas ex narratione in textu postulat. In codice ipso hic primo erat αὐτῷ, sed emutatum ex eo fuit αὐτῇ in actu scriptionis, cum sequatur ex prima scriptura αὐτοῦ.

[3] Codex hic γραφεῖσα, et in capitulo infra textui praeposito συγγραφεῖσα; ex contextu correxi cum Angelo Mai l. cit.

[4] Codex Ἰταλίας, correxi ex capitulo textui praeposito, uti etiam narratio postulat.

ΛΟΓΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΡΙΤΟΣ

ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ ΤΗΝ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑι ΣΠΟΥΔΑΣΘΕΝΤΑ ΤΩι ΕΥΣΕΒΕΙ ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΩι.

Α.

Τὸν μὲν πρῶτον καὶ δεύτερον λόγον τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας καθεξῆς ὁ λόγος ἡμῖν ἐποιήσατο, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας τοῦ χριστοφόρου καὶ νικηφόρου τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου· διοδεύσας δὲ τὰ πάντα [1] τὰ ἐν τῷ μέσῳ ἕως τοῦ παντὸς συμπεράσματος τῆς πραγματείας τῆς κατὰ τὴν Νικαέων ἁγίας συνόδου, ὡς εἰκόνα τῶν γεγενημένων παρέστησε, τῶν τε ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τὴν [illegible] τῶν θεομισῶν τυράννων κινηθεῖσαν κατ' α[illegible] πολιορκίαν, τήν τε τῶν αὐτῶν ἀσεβῶν τυράννων αἰσχίστην καταστροφήν. Καὶ ὅπως ὁ τῆς ἐκκλησίας νυμφίος Χριστὸς τὸν αὐτοῦ ἄξιον θεράποντα Κωνσταντῖνον τοῖς τοῦ τιμίου [2] αὐτοῦ ὅπλοις γενναιότατα φράξας κατ' αὐτῶν τῶν ἀσεβῶν ἐξεγήγερκε· καὶ ὡς τὰ τρόπαια τῆς νίκης αὐτῷ κατ' αὐτῶν τῶν τυράννων ἐχαρίσατο, πάντας αὐτοὺς παγγενῆ [illegible] ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου ποσί, βαθεῖαν εἰρήνην ἄνωθεν δι' αὐτῶν [3] ταῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αὐτῶν ἐκκλησίαις πρυτανεύσας· καὶ τὴν μετὰ ταῦτα πάλιν κατ' αὐτῆς ὑπὸ τοῦ μισαγάθου ἐχθροῦ δαίμονος διὰ τοῦ παμμιάρου Ἀρείου κινηθεῖσαν μηχανήν· καὶ ὡς αὐτοῦ ἕνεκα καὶ τῶν ἀσεβῶν [illegible] βλασφημιῶν, ὧν κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ [illegible]λασφήμησεν, ἡ ἐν Νικαίᾳ ἁγία [illegible] μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐκ κελεύσεως [illegible]οῦ Θεοῦ διὰ τοῦ αὐτοῦ θεράποντος τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου γεγένηται· τά τε ἐν αὐτῇ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῶν ἐκεῖσε ἁγίων ἀρχιερέων, τριακοσίων [4] τῶν ἀρ[illegible] ὀρθοδόξων ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδό[illegible] πίστεως πραγματευθέντα ὁ λόγος ἡμῖν κατὰ δύναμιν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριτι τρανῶς παρέδωκε. Βαδιῶ δὲ ἐντεῦθεν ἑξῆς ἐπὶ τὴν τῆς βασιλικῆς εὐσεβείας διήγησιν, καὶ ὅπως ἄληκτον εἶχε τὴν ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ μέριμναν.

Β.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΕΝΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΙ ΤΑ ΘΕΙΑ ΣΠΟΥΔΗΣ.

Πολὺς καὶ ἄφατος ἐνῆν αὐτῷ ὁ περὶ τὸν χριστιανισμὸν πυρσὸς πάντας ἄγειν καὶ τοὺς ἔξω ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἐπίγνωσιν. Πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων τελοῦσιν ἡγεμονίαν ἐπέστελλε δήμοις, τῆς μὲν προτέρας αὐτοὺς ἀπαλλαγῆναι ἀπάτης παρεγγυῶν, ἐπὶ δὲ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ διδασκαλίαν ἑαυτοὺς μεταθεῖναι προτρέπων. Καὶ ἐπὶ ταύτην ἅπαντας τὴν ἀλήθειαν ἀπιέναι παρεκάλει, ἀποστολικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ χρώμενος σκοπῷ. Τοὺς δὲ κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐπὶ τὰς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομὰς διήγειρε, καὶ οὐ γράμμασι μόνοις ἐπὶ τοῦτο προτρέπων, ἀλλὰ καὶ χρήματα φιλοτίμως δωρούμενος, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς δαπανήματα ἅπαντα χορηγῶν. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ γραφέντα παρ' αὐτοῦ, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον·

Cap. I. Edidit cum Latina versione Angelus Mai, op. all. VI, p. 606.

[1] τὰ πάντα τὰ, prius τὰ reprobatur a prima, ut videtur, manu.

[2] Inserendum cum Angelo Mai σταυροῦ, perperam in co[illegible]ce omissum, ut patet ex contextu.

[3] Sic codex αὐτῶν per compendium scriptum.

[4] Angelus Mai loc. all. adnotat: « Etiam Gelasius hist. conc. nicaen. apud Labb. I. II, p. [illegible] (Mansi II, col. 884), scribit τριακοσίων pro τιη, 300 pro 318 ». Quod quidem ab uno eodemque auctore erat expectandum.

Cap. II. Edidit Angelus Mai cum Latina versione, op. all. VI, 609. Eadem iisdem fere verbis dat Theodoritus, Hist. eccles. I, xiv, fin.; item fere et Nicephorus Callistus Eccles. hist. VIII, xxvi, fin.; fusius vero haec persequitur Eusebius, Vita Constantini, II, xlv, xlvii-lx.

Γ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΥΣΕΒΙΟΝ ΤΟΝ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣ.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς Εὐσεβίῳ.

Ἕως τοῦ παρόντος χρόνου τῆς ἀνοσίου βουλίδος καὶ τυραννίδος ἐπικρατούσης τοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ὑπηρέτας, πεπίστευκα καὶ ἀκριβῶς ἐμαυτὸν πέπεικα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς θείους οἴκους ἢ ὑπὸ ἀμελείας διεφθάρθαι, ἢ φόβῳ τῆς ἐπικειμένης ἀδικίας ἐλάττονας τῆς ἀξίας γεγενῆσθαι, ἀδελφὲ προσφιλέστατε· νυνὶ δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀποδοθείσης, καὶ τοῦ δράκοντος ἐκείνου ἀπὸ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως τῇ τοῦ παντουργοῦ[1] Θεοῦ προνοίᾳ, ἡμετέρᾳ δὲ ὑπηρεσίᾳ διωχθέντος, ἡγοῦμαι πᾶσι φανερὰν γεγενῆσθαι τὴν θείαν δύναμιν, καὶ τοὺς ἢ φόβῳ ἢ ἀπιστίᾳ ἢ ἁμαρτήμασί τισι περιπεσόντας, ἐπιγνόντας τε τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἥξειν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθὴν πίστιν καὶ κατάστασιν τοῦ βίου. Ὅσων τοίνυν ἢ αὐτὸς προΐστασαι ἐκκλησιῶν, ἢ ἄλλους τοὺς κατὰ τόπον προϊσταμένους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρων τε ἢ διακόνων οἶσθα[2], ὑπόμνησον σπουδάζειν περὶ τὰ ἔργα τῆς οἰκοδομίας τῶν ἐκκλησιῶν· ἢ ἐπανορθοῦσθαι τὰ ὄντα, ἢ καὶ εἰς μείζονα αὔξειν, ἢ ἔνθα ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ·[3] καινὰ ποιεῖν. Αἰτήσεις δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ, τὰ ἀναγκαῖα παρά τε τῶν ἡγεμονευόντων, καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως. Τούτοις γὰρ ἐπεστάλη πάσῃ σπουδῇ ἐξυπηρετήσασθαι τοῖς ὑπὸ τῆς σῆς ὁσιότητος λεγομένοις. Ὁ Θεός σε διαφυλάξαι[4] ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας πρός τε τὸν αὐτὸν Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου, καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν προστατεύοντας ἐπισκόπους ἐπέστελλεν. Ὁποῖα δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ἱερῶν βιβλίων κατασκευῆς πρὸς τὸν αὐτὸν Εὐσέβιον τὸν Παλαιστινὸν ἔγραψεν, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων[5] καταμαθεῖν εὐχερές.

Δ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ ΒΙΒΛΙΩΝ.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ.

Κατὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῶν πόλιν, Θεοῦ συναιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἑαυτοῦ ὁ Χριστὸς[1] ἀνατέθεικεν· ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαμβανόντων τὴν αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον ἡμῖν καταφαίνεται καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ κατασκευασθῆναι πλείους. Τοιγάρτοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. Πρέπον τοῦτο κατεφάνη ἡμῖν δηλῶσαι τῇ σῇ συνέσει, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια[2] ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύ-

Cap. III. Exhibent hanc epistolam cum levissima varietate Eusebius, Vita Constantini, II, XLVI, Socrates, Hist. eccles. I, IX, Theodoritus, Hist. eccles. I, 15, Nicephorus Callistus, Eccles. hist. VIII, XXVII. In codice hic et in ullis aliis capitulis omittitur nota eorum numeralis, quam ipse suppleo. Apud eosdem praeter Eusebium, qui vix ulla exhibet, reperiuntur quae sequuntur post epistolam iisdem verbis fere, vel sensu.

[1] παντουργοῦ, ipsa prima manus superscribit παντοκράτορος.

[2] Sic codex; Eusebius, Socrates et Nicephorus πρεσβυτέρους τε ἢ διακόνους οἶσθα, Theodoritus autem πρεσβυτέρους τε καὶ διακόνους οἶσθα.

[3] Sic codex, nescio qua manu, prior scriptura ἀπαιτεῖ.

[4] Sic codex, nescio qua manu, primo erat διαφυλάξει, quantum liquet.

[5] Sic codex, non γραμμάτων, ut scribunt Socrates, Theodoritus et Nicephorus in locis allatis.

Cap. IV. Afferunt hanc epistolam Eusebius, Vit. Constantini, IV, XXXVI, Socrates, I, IX, Theodoritus, I, XVI, Nicephorus Callistus, VIII, XXVII. Quae post epistolam sequuntur, reperiuntur ad sensum in Nicephoro Callisto, VIII, XXVIII, ad literam fere in Theodorito, l. all., fusius vero persequitur Eusebius, Vit. Const. III, XXV et seq.

[1] ὁ Χριστὸς secunda manus, sed ipsa prima manus dederat ἑαυτοῦ, sed recte alii solum ἑαυτό habent in fine.

[2] σωμάτια ex correctione ipsius primae manus, quae antea dederat σωμάτεια hic et infra.

οις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐπαρακόμιστα. Ὑπὸ τεχνικῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων γραφῆναι κελεύσειας, τῶν θείων μάλιστα, ὧν τήν τε ἐπισκευὴν καὶ τὴν χρῆσιν τῷ τῆς ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις. Ἀπέσταλται δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικόν, ὅπως ἅπαντα τὰ πρὸς τὴν ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσῃ. Ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα σωμάτια κατασκευασθείη, τῆς σῆς ἐπιμελείας ἔργον τοῦτο γενήσεται. Καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ γράμματος ἡμῶν λαβεῖν σε προσήκει. Οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καλῶς γραφέντα καὶ μέχρι τῶν ἡμετέρων ὄψεων ῥᾷστα διακομισθείη· ἑνὸς δηλαδὴ τοῦτο πληροῦντος τῶν ἐκ τῆς σῆς ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδὰν ἀφίκοιτο πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειραθήσεται φιλανθρωπίας. Ὁ Θεός διαφυλάξει σε [3] ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τεκμηριῶσαι, μᾶλλον δὲ διδάξαι σαφῶς, ὅπως ὁ πανεύφημος βασιλεύς, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μετατέθεικε τὴν σπουδήν. Προσθήσω δὲ ὅμως τοῖς εἰρημένοις τὰ περὶ τὸν σωτήριον αὐτῷ [4] τάφον κατωρθωμένα. Μαθὼν γὰρ ὡς οἱ κορυβαντιῶντες, καὶ περὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν βεβακχευμένοι, τὸν μὲν δεσποτικὸν τοῦ Κυρίου κατέχωσαν τάφον, λήθῃ παραδοῦναι φιλονεικοῦντες τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας τὴν μνήμην· ἐπὶ τούτῳ δὲ τῆς ἀκολάστου δαίμονος Ἀφροδίτης ἐδομήσαντο οἶκον· καταλυθῆναι μὲν δὴ ὡς τάχιστα τὸ μυσαρὸν ἐκεῖνο προσέταξεν οἰκοδόμημα ὁ πιστότατος βασιλεύς, τὸν δὲ χοῦν ἐκεῖνον τὸν ἐναγέσι μολυνθέντα θυσίαις ἐκφορηθῆναι καὶ πόρρω που ῥιφῆναι τοῦ ἄστεος· εἶτα ναὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ οἰκοδομηθῆναι μέγιστον καὶ κάλλιστον προστάττει. Δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστερον ἡ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐπιστολή, ἣν πρὸς τὸν πρόεδρον τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις λέγω, ἐπέστειλε· Μακάριος δὲ ἦν τότε, οὗ καὶ ἔμπροσθεν ἐμνήσθημεν[5], ὃς καὶ τῇ μεγάλῃ τῇ κατὰ Νίκαιαν κεκοινωνήκει συνόδῳ, καὶ τὴν τῆς Ἀρείου σὺν τοῖς ἄλλοις βλασφημίας κατέλυσε φλόγα.

E.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΩι ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΙΟΥ ΤΑΦΟΥ.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστός, Μακαρίῳ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων.

Τοσαύτη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ χάρις, ὡς μηδεμίαν λόγων χορηγίαν ἀξίαν τοῦ παρόντος οἶμαι θαύματος δοκεῖν. Τὸ γὰρ γνώρισμα τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου τάφου, ὑπὸ γῆν πάλαι κρυπτόμενον τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις, οὐ λαθεῖν δεδύνηται, ἄχρις οὗ διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ χάριτος ἡ τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν ἐχθροῦ [illegible]ις ἀνῃρέθη· ἥστινος τυραννίδος τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσιν ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς τὴν ἐλευθερίαν παρασχὼν τὴν τοῦ ἁγιωτάτου τόπου γνῶσιν κατέλαμψεν, ὡς ἀληθῶς πᾶσαν ἔκπληξιν ὑπερβαίνειν. Εἰ γὰρ πάντες οἱ διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης εἶναι δοκοῦντες σοφοὶ εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες ἄξιόν τι τοῦ πράγματος τούτου ἐθέλουσιν εἰπεῖν, οὐδὲ κἂν πρὸς τὸ βραχύτατον ἁμιλληθῆναι δυνήσονται. Ἐπείπερ τοσοῦτον πᾶσαν ἀνθρωπίνην λογισμοῦ χωρητικὴν φύσιν ἡ τοῦ θαύματος τούτου πίστις ὑπερβαίνει, ὅσον τῶν ἀνθρωπίνων τὰ οὐράνια δυνατώτερα εἶναι συνέστηκε. Διὰ τοῦτο γοῦν οὗτος ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ μόνος ἔστι μοι σκοπός, ἵν' ὥσπερ ἑαυτὴν ὁσημέραι καινοτέροις θαύμασιν ἡ τῆς ἀληθείας πίστις ἐπιδείκνυσιν, οὕτως καὶ αἱ ψυχαὶ πάντων ἡμῶν περὶ τὸν ἅγιον νόμον σωφροσύνῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ σπουδαιότεραι γένωνται. Ὅθεν ἐπειδὴ πᾶσι φανερὸν εἶναι νομίζω, ἐκεῖνο μάλιστα πεπεῖσθαί σε βούλομαι, ὡς ἄρα μοι πάντων μᾶλ-

[3] Codex ex prima manu διαφυλάξειεν, secunda manus, ἐν reprobato, superscribit σε.

[4] Codex ex prima manu αὐτοῦ, ex secunda αὐτῷ.

[5] Confer Gelasii Cyziceni Com. Act. Concilii Nicaeni, lib. II, xxiii, xxvii, xxxvi. Auctorem eundem esse nostri operis etiam hinc argueretur, nisi a suis fontibus eum serviliter describere indicaret locus infra p. 136 fin.

Cap. V. Prostat epistola in Eusebio, Vita Const. III, xxx, in Socrate, I, ix, in Theodorito, I, xvii, et in Nicephoro, VIII, xxviii. Titulus est in codice ut dedi, sed τῷ in rasura scribitur et atramento, non minio, ut cetera; quid prius fuerat, non liquet, vix tamen unam alteramve literam spatium patiebatur. Modo τῷ rectum sit, addendum est saltem ἐπισκόπῳ.

λον μέλει, τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον τόπον, ὃν Θεοῦ προστάγματι αἰσχίστης εἰδώλου πλάνης, ὥσπέρ τινος ἐπικειμένου βάρους κουφισθῆναι προσέταξα, ἅγιον μὲν ἐξ ἀρχῆς Θεοῦ κρίσει γεγενημένον, ἁγιώτερον δὲ ἀποφανθέντα, ἀφ' οὗ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγε, τοῦτον κάλλει οἰκοδομημάτων κοσμῆσαι. Προσήκει τοίνυν τὴν σὴν ἀγχίνοιαν οὕτως διατάξαι τὲ καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς οὐ μόνον τὴν βασιλικὴν τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου τόπου τῶν ἀπανταχοῦ βελτίονα γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα ἀναδειχθῆναι, ὡς πάντα τὰ ἐφ' ἑκάστης πόλεως καλλιστεύοντα ὑπὸ τῆς τοῦ κτίσματος τούτου νικᾶσθαι λαμπρότητος. Καὶ περὶ τῆς τῶν τοίχων ἐγέρσεώς τε καὶ καλλιεργίας Δρακιλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ τῷ διέποντι μέρη τῶν λαμπροτάτων[1] ἐπαρχιῶν, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι ἐγκεχειρίσθαι παρ' ἡμῶν τὴν φροντίδα γίνωσκε. Κεκέλευσται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας τεχνίτας τὲ καὶ ἐργάτας καὶ πάντα ὅσα περὶ τὴν οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα τυγχάνει, ἃ παρὰ τῆς σῆς καταμάθοιεν ἀγχινοίας, παραχρῆμα διὰ τῆς ἐκείνων προνοίας ἀποσταλῆναι. Περὶ δὲ τῶν κιόνων ἢ τῶν μαρμάρων, ἃ δ' ἂν νομίσειας εἶναι χρησιμώτερά τε καὶ τιμιώτερα, συνοψίσεως[2] γενομένης, πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον· ἵνα ὅσων δ' ἂν καὶ ὁποίων χρείαν διὰ τοῦ σοῦ γράμματος ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι πρὸς τὴν τοῦ αὐτοῦ οἴκου λαμπρότητα δυνηθῇ. Τὸν γὰρ τοῦ κόσμου θαυμασιώτερον τόπον κατ' ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον· τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς τοῦ αὐτοῦ οἴκου καμάραν, πότερον λακωναρίαν, ἢ διά τινος ἑτέρας φαιδρότητος ἐργασίας δοκεῖ γενέσθαι, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. Εἰ γὰρ λακωναρία μέλλοι εἶναι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι τὸ λειπόμενον. Καὶ περὶ τούτων ἡ σὴ ὁσιότης τοῖς προειρημένοις δικασταῖς τὸ τάχος γνωρισθῆναι ποιήσει, ὅσων τὲ καὶ ἐργατῶν καὶ τεχνιτῶν καὶ ἀναλωμάτων χρεία· ἅτινα καὶ πρὸς ἐμὲ εὐθέως ἀνενεγκεῖν σπούδασον, οὐ μόνον περὶ τῶν μαρμάρων καὶ κιόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λακωναρίων, εἴ γε τοῦτο κάλλιον ἐπικρίνειας. Ὁ Θεός σε διαφυλάξαι[3] ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

ϛ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΑ ΟΔΟΙΠΟΡΙΑΣ ΤΗΣ ΜΑΚΑΡΙΑΣ ΕΛΕΝΗΣ.

Τούτοις τοῖς γράμμασιν οὐκ ἄλλός τις διηκόνησεν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ, ἡ καλλίπαις ἐκείνη καὶ παρὰ πάντων τῶν εὐσεβῶν ᾀδομένη, ἡ τὸν μέγαν τοῦτον φωστῆρα τῇ οἰκουμένῃ τεκοῦσα καὶ τὴν τῆς εὐσεβείας αὐτῷ ἐκ παιδόθεν προσενεγκοῦσα τροφήν· οὐχ' ἧττον γὰρ καὶ αὐτὴ τοῦ τοῦ παιδὸς πατρὸς, ἑαυτῆς δὲ ἀνδρὸς Κωνσταντίνου, τοῖς θείοις αὐτὸν τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἀνεθρέψατο νόμοις· αὕτη τῶν τῆς ὁδοιπορίας ἀνασχομένη πόνων, καὶ τοῦ γήρως οὐ λογισαμένη τὰ πάθη· πρὸ γὰρ ὀλίγου τῆς τελευτῆς ἑαυτῆς[1] τὴν ἀποδημίαν ταύτην ἐστείλατο· ὀγδοηκοντοῦτις γὰρ τοῦδε τοῦ βίου τὸ τέρμα κατείληφεν.

Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΥΡΕΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Ἐπιθυμητῶς γοῦν ἔχουσα καὶ πυρὸς δίκην ἐκκαιομένη τῇ καρδίᾳ τῆς τῶν ἁγίων τόπων καταλήψεως ἕνεκα, καὶ τῆς τε τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς τοῦ τιμίου ξύλου τοῦ τοῦ Χριστοῦ σταυροῦ ἀναζητήσεως φθάνει τὰ Ἱεροσόλυμα. Ἐπειδὴ δὲ τὸ χωρίον εἶδεν ἐκεῖνο, τὸ τῆς κοινῆς σωτηρίας τὰ πάθη δεξάμενον, εὐθὺς μὲν τὸν μυσαρὸν ἐκεῖνον ναὸν καταλυθῆναι εἰς ἔδαφος, καὶ τὸν χοῦν ἐκεῖνον τὸν ἐναγῆ πόρρω που ἐκριφῆναι προσέταξε. Δήλου δὲ τοῦ κεκρυμμένου τόπου γεγενημένου, ὤφθησαν παρὰ τὸ δεσποτικὸν μνῆμα τρεῖς κατακεχωσμένοι σταυροί. Καὶ ὅτι μὲν εἷς ἐκ τούτων ὁ τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἐτύγχανεν ὤν, οἱ δὲ ἕτεροι τῶν

[1] Codex λαματάτων, quod ortum videtur ex aliquo praecedenti scripturae compendio; correxi ex Socrate, Theodorito et Nicephoro.

[2] Sic codex συνοψίσεως pro recto συνόψεως ceterorum auctorum, quos supra attuli.

[3] διαφυλάξαι ex correctione primae manus; antea fuisse videtur διαφυλάξοι.

Cap. VI. Eusebius, Vit. Const. III, XLI, seq., Socrates I, 17, Sozomenus, II, I, Theodoritus I, 18, qui omnia fere ad verbum exhibet, Nicephorus, VIII, XXIX.

[1] Primo αὐτῆς, quod mutavit ut dedi ipsa prima manus, ut videtur.

Cap. VII. Socrates, Sozomenus, Theodoretus et Nicephorus loc. all.; cf. et Eusebius op. all. III, XXV et seqq.

Codex Ambrosianus notatus *E. 26. olim 76. Inf.* membranaceus, duplici columna exaratus, est formae maximae, fere 0,445 altus, 0,295 latus, sec. X. Erat olim Monasterii S. Columbani Bobii, in quo fuit certe jam ab undecimo seculo, ut arguitur ex apographo illius aetatis conventionis inter Abbatem Bobiensem Rapertum et Episcopum Albanensem Liutardum, quod paginae codicis vacuae post Ecclesiasticum inscriptum fuit. Sed scriptusne fuerit Bobii codex, non liquet ex adnotatione ad calcem manus serioris seculi XIV, quae est: *Hanc bibliothecam ab auderico abbate usque in finem libri regum iussa est scribi. Consumata uero et in uno uolumine consuta ab luniberto exiguo abbate. Felix* etc. Nam, ut ait Peyron, op. cit. p. 125, nullus Audericus aut Lunibertus occurrit in Catalogis Bobiensium Abbatum. Ceterum jam codex non est completus, ut ex subscriptione indicaretur, sed incipit omnino cum Paralipomenis, a quibus pars Luniberti exordiebatur, et primo quaternioni in fine apponitur manu coaeva nota illius XXXVIIII. Occurrit codex et in Inventario supra dicto p. 2. « In hoc volumine infrascripta continentur videlicet: 1. Biblie pars secunda videlicet Paralipomenon. Proverbia. Ecclesiastes. Cantica Canticorum. Liber Sapientie. Ecclesiasticus. Job. Tobias. Judicht. Ester. Ezere. Machabeorum. Hezechielis. Danielis. liber XII. prophetarum. Ysaias propheta. Epistole Pauli. magui voluminis. asser. » Et reapse, ut obtinere in codicibus Bobiensibus refert Peyron op. cit. p. xxxiii, et ipse in pluribus vidi, in fronte folii 1 est manu sec. X vel XI nota: *Liber sancti columbani de bobio;* et superius nota manu descriptoris Inventarii praeter n. 1: *Iste liber est Monachorum Congregationis sancte Justine de obseruantia ordinis sancti Benedicti residentium in Monasterio sancti Columbani de Bobio. Scriptus sub numero* 1. In secundo autem duorum foliorum membranaceorum, quae codici biblico praeeunt, eadem est nota Inventarii et alterius manus ac praecedentis, vix in ullis plenior ac concinnior; hujusmodi enim est: « In hoc uolumine infrascripta continentur. videlicet. Paralipomenon I et II. Proverbia Salomonis. Ecclesiastes. Cantica Canticorum. Liber Sapientie. Ecclesiasticus. Job. Tobias. Judith. Hester. Esre I et II. Machaborum (sic) I et II. Hezechiel. Daniel. Liber .XII. prophetarum. Ysaias. Epistole Pauli apostoli .XIIII. » Ex his patet codicem ad annum 1461

extitisse in Coenobio Bobiensi; ibique ad annum 1606 remansisse liquet ex nota apposita initio auctore Antonio Olgiati, primo Bibliothecae Ambrosianae Praefecto, qui, uti solebat, etiam codicibus qui curante Cardinali **Federico Borromeo ab illo** Coenobio illati fuerunt non sine remuneratione in Bibliothecam, notitiam praemittebat, unde importati in eam fuerant. Cum demum etiam codicum Bobiensium inspiciendorum causa Amedeus Peyron ad Bibliothecam nostram venisset, notitiam codicis dedit, et secundum librum Machabaeorum descripsit et edidit.

Ei qui meam libri Machabaeorum editionem conferet cum illa Amedei Peyron, magna varietas offeretur prima fronte, sed valde imminuetur, si ratio utriusque consideretur. Ceteroquin aliud est obiter codicem describere et edere, aliud semper prae manibus illum habere, et specimina ipsa typographica ad eum exigere.

Ratio meae editionis simplicissima est. Primam codicis scripturam ea qua possum fide exhibeo; si ipse scriptor se correxit, primam in textu scripturam dedi, alteram in notis, nisi interdum aliter facere melius videbatur, sed semper monui. Ubi prior scriptura abrasa fuit nec legere potui, punctis spatium, quod rasurae responderet, occupavi, et lectionem seriorem inscriptam infra exhibui. Ubi compendiis utitur codex, quod tamen raro fit et in obviis siglis continetur, ego typis iisdem repraesentandis destitutus, plene scripsi, et in his, ubi recta scriptio diphthongo utitur, eandem ipse reddidi, licet codex nunc simplicem vocalem, nunc diphthongum usurpet. Interpunctionem quod attinet eam primae manus retinui, seriorem saepe additam **non** curavi. Interpunctio primae manus interdum est punctum cum virgula, quod retinui, de more punctum, quod ut plurimum mediae fere literae apponitur, nunc altius, nunc inferius, sed omnino pro loco ex arbitrio; ne cum punctis adhibitis lacunis indicandis confusio oriretur, ego semper summae literae appinxi.

Ut jam innui seriores curae accesserunt, et hic illic quidem satis frequentes et notabiles, quae ex parte sunt manus, quam ut secundam indicavi, et est seculo uno vel altero priori recentior; si alia sit manus vel haereo utrum secunda sit, an ista serior, nota manus serioris distinxi. Etiam istae satis antiquae sunt, nec ulla est, puto, post XV seculum.

In notis illud tantum propositum mihi fuit, ut darem quae codicis conditionem plene indicarent. Errores scripturae, satis quidem frequentes, intactos dimisi, quia passim obvia correctio est, et in difficilioribus locis nonnisi conjectura id praestare potuissem, quam rationem corrigendi libenter aliis relinquo. Sed quidquid vel ridicule erratum occurrit in editione, erratum codicis esse sciat lector, non editionis, nisi quid humani fortasse passus sim, errare enim humanum est, et vix in uno alterove loco monui reapse sic codicem legere.

LIBER SECUNDUS MACHABAEORUM.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI MACHABEORUM SECUNDI

I· Iudeis fratribus qui sunt per egyptum· salutem;

II· Cum sancta illa ciuitas profunda pace habitaretur;

III· Defuncto autem seleuco cum suscepisset regnum antiochus

IIII· Circa hoc autem tempus secundam expeditionem in aegyptum;

V· Eleazar ergo quidam ex primariis scribarum uir iam profectus aetate·

VI· Igitur quae circa extorum contaminationes et summa eorum supplicia sunt· gesta;

VII· Nunc uero quae circa antiochum eupatorem filium autem illius

VIII· Congregatis octuaginta milibus hominum ueniebat aduersus iudeos;

VIIII· Post hanc ergo quae appellatur pentecoste diae

X· Nono autem et quadragesimo et centesimo anno cognouit iudas antiochum;

XI· Post triennii autem tempus cognouerunt qui erant cum iuda·

XII· Raxis autem quidam et senioribus hierusolimorum indicio demonstratus est; nicanori;

INCIPIT LIBER SECUNDUS

I, [1] IUDEIS FRATRIBUS QUI SUNT PER AE-
GYPTUM SALUTEM·
FRATRES QUI SUNT HIERUSOLIMIS IUDEI ET QUI
SUNT IN REGIONE IUDEAE PACEM BONAM SEMPER IN
BONUM [2] PRESTET uobis deus· et reminiscatur
testamenti sui quod disposuit ad abraham
et isaac et iacob seruos suos fideles· [3] Et det
uobis omnibus cor bonum ut colatis eum·
et· faciatis uoluntatem ipsius corde magno
et animo cupienti· [4] Adaperiat cor uestrum
in lege sua et in preceptis et faciat pa-
cem· [5] et exaudiuit preces uestras recon-
cilietur uobis· et non relinquat uos tempore
malo· [6] et nunc hi.. oramus pro uobis·
[7] Regnante demetrio anno centesimo sep-
tuagesimo septimo· nos iudei scripsimus
uobis in tribulatione prostrati quia uenit
nobis istis annis· ex quo desciuit iason et
qui erant cum ipso a terra sancta et a
regno· [8] et incenderunt portam et effude-
runt sanguinem innocentem· et deprecati
sumus dominum et exauditi sumus· et
obtulimus sacrificia et similiginem et ac-
cendimus lucernas et proposuimus panes·
[9] et nunc misimus ut frequentetis dies sce-
nophegiae· mensis casleu·
[10] Anno centesimo septuagesimo octauo
qui sunt hierusolymis et qui sunt in iudea·

VI, *quae*, pro *q* erat *u*, sed ipsa 1 manus in scribendo se correxit.

XII, *et*, sic omnino codex.

I, [1] *salutem*, manus serior addit *dicunt* cum Vulgata. Deest vero nota Capituli I in margine.

[4] *preceptis*, manus fortasse prima addit *eius:* Vulgata *suis*.

[5] *et* initio abrasum; *exaudiuit* mutatum in *exaudiat* manu seriori; voci *reconcilietur* manus serior praemittit *et:* omnia mutata cum Vulgata.

[6] *hi*, erasae duae literae; manus serior *hinc sumus orantes:* Vulgata *hic sumus orantes*.

[7] *desciuit*, erasum *c*.

[8] *similiginem*, correctio, fortasse primae manus, *similaginem*.

[10] *octauo*, 2 manus addit *populi:* Vulgata *populus*.

et senatus et iudas· aristobolo magistro· ut
ptholomei regis· qui est de genere.........
sacerdotum et is qui in aegypto sunt iu-
deis salutem et sanitatem 11 de magnis pe-
riculis a deo liberati maximas gratias.....
mus· tamquam aduersus regem dimican-
tes· 12 ille namque emergere eos qui di-
micauerunt in ciuitate sancta· 13 Cum enim
uenisset ipse princeps in persidem· et qui
uidebantur circa illum esse sine robore
exercitus· cesi sunt in templo ananiae·
14 tamquam ducturus enim eam uxorem
uenit in eundem locum antiochus· Et qui
erant cum illo amici accipiendarum mul-
tarum pecuniarum gratia titulo· 15 et ex-
postis his sacerdotes templi ananiae· Cum
ille accessisset cum paucis in conspectu
templi· Concluso templo mox ingressus
est antiochus· 16 aperto altaris occulto ho-
stio mittentes saxa obpresserunt principem
antiochum et qui cum erant· Et laniatis
membris et amputato capite· his qui foris
erant proiecerunt· 17 secundum omnia· Be-
nedictus deus noster qui dedit subditos
nobis eos qui impie gesserunt 18 incipien-
tes agere mundationem templi· Mense cas-
leu quinta et uicesima diae mensis· neces-
sarium estimabimus significare uobis· pro
communi utilitate ut et uos quoque aga-
tis tamquam scenophegiae· etiam ignis il-
lius quando neemias aedificato templo·..
et altari obtulit sacrificia· 19 Nam et cum
in persida ducerentur patres nostri qui
tunc colebant deum sacerdotes accepto ex
igni altaris· clam in concauo absconderunt
habente positionem putei sine aqua·cui
adhibuerunt munitionem ita ut omnibus
ignotus esset locus· 20 Decursis autem mul-
tis annis quando uisum est deo· missus
neemias a rege persidi ad filios sacerdo-
tum qui absconderant· misit ad illum i-
gnem· moxque nerrauerunt nobis se non
inuenisse· ignem sed aquam grassam· 21 et
iussit eos aurientes adferre· Et ut oblata
sunt quae erant sacrifici orum iussit sa-
cerdotibus· neemias· aspergere· aqua ligna·
et ea que erant supra constituta· 22 mox
hoc factum est et temporis aliquid inter-
cessit· sol· preterea refulsit cum antea fuis-
set sublustris· accensa est pyra magna· ita
ut omnes admirarentur· 23 Orauerunt ita-
que sacerdotes cum sacrificium consume-
retur· sacerdotes preterea· et uniuersi in-
choante ionatha· ceterisque adclamantibus
tamquam neemia· 24 erat autem oratio con-
tinens modum hunc· Dominus uniuersorum
creator· metuendus et fortis iustus· et mi-
sericors· qui solus es· rex bonus· 25 solus
largus· solus iustus· omnipotens aeternus·
qui conseruasti israhel de omni malo· qui
elegisti patres et sanctificasti eos· 26 accep-
to habes sacrificium pro uniuerso populo
tuo israhel· et custodi portionem tuam
sanctifica 27 et custodi· disseminationem no-
stram· libera eos qui seruiunt gentibus·
illos contemptibiles et exsecrabiles· Aspice·
et cognoscant gentes· quia tu es deus no-
ster· 28 Crucia illos qui nos opprimunt et
contumeliis adficiunt cum superbia· 29 con-
serue populum tuum· in loco sancto tuo
sicut dixit moyses· 30 Sacerdotes autem
psallebant hymnos 31 moxque consumpta
sunt quae erant sacrificii· et residuum at-
que neemias iussit lapides maiores per-
fundi· 32 et ut hoc factum est flamma ac-
censa est· illo autem qui esset ab altari
refulgente igni· consummatum est· 33 Et
ut manifesta est res haec et nuntiatum est

ut, fere totum abrasum.

genere, ubi puncta aequo spatio scripsit *christorum* manus 2, primo videtur fuisse spatium vacuum, non scriptum. Item Vulgata.

11 Post *gratias* manus 2 in rasura *ipsi agi*; spatium minus erat pro his literis; Vulgata *agimus ipsi*.

12 *eos*, manus 2 in margine *ebullire fecit de perside eos* cum Vulgata. Eadem manus 2 in textu superscripsit *fecit* voci *qui*.

13 *ananiae*, erasum *a* prius: Vulgata *Naneae*.

14 *cum*, 2 manus addidit *eo*.

18 ante *et* tertium rasura pro spatio duplicis literae.

21 *sacrifici.orum*, abrasa fuit litera *e*, ut apparet.

26 *accepto*, *t* omissum 1 manus supplevit.

28 *nos*, 1 manus *q* scripserat, sed ipsa se correxit.

regi persarum quia in eo loco ubi absconderant ignem qui translati erant sacerdotes ignis apparuit· Ex quo etiam qui erant circa neemiam purificauerunt ea quæ essent sacrificiis· [34] consepto loco rex templum fecit probata hac re· [35] et quibus multiplicabat rex multiphariae· plurima accipiebat· et retribuebat eis manibus suis· [36] Appellauerunt autem qui erant circa neemiam hanc rem nepthar· quod interpretatur purificatio· uocatur autem aput multos nepth..· II, [1] Inuenitur praeterea in seorsum scripsit hieremias propheta· quia iussit ex igni accipere captiuos posteros significatum est· [2] et qualiter preceperit posteris propheta data eis lege· ut non obliuiscantur praeceptorum domini· et ut non exerrent cordibus· uidentes simulacrorum· signa aurea argentea· et eum qui circa haec est ornatum· [3] et cetera alia dicens· adhortabatur non desistere legem· a corde ipsorum· [4] Erat autem in illa scriptura quemadmodum tabernaculum· et arcam testamenti iusserit propheta diuina monitione structus ut eum subsequerentur· Mox autem profectus est in monte moyses ascendens· uidit hereditatem dei· [5] et cum in locum uenisset hieremias conperit locum in modum spelunce in quo inuenit tabernaculum et arcam testamenti· et altare supplicationis· et intulit illo et ostium abstruxit· [6] Et accesserunt quidam ex illis qui simul sequebantur ut denotarent uiam· et non potuerunt inuenire· [7] ...

autem hieremias cognouit conquestus dixit eis· quia ignotus erit locus· donec colligat deus dispersionem populi congregationem· et propitius fiat· [8] et tunc dominus demonstrauit haec et uidebitur claritas domini· et nubes sicut etiam sub moyse ostenebatur quemadmodum et salomon postulauit ut locus magnifico sanctificaretur· [9] explanabatur nihilominus· qualiter praeterea· habens sapientiam· optulerit sacrificium dedicationis et consummationis templi· [10] sicut et moyses orauit dominum· Et dedit ignis de caelo· et ea que fuerunt sacrificii· et consumpsit ita· et salomon orauit descendens ignis consumpsit holocaustomata· [11] et dixit moyses eo quod non sit comestum illud quod est peccato consumptum· [12] et Similiter et salomon illos quo dies celebrauit·

[13] Enarrant denique et in descriptionibus et in commentariis· qui confecti sunt temporibus neemiae· haec eandem et qualiter constituens bibliothecam quoaceruauerit illos qui erant de regibus libros· item prophetarum et illos dauid et epistolas regum de donis consecratis· [14] Similiter autem et iudas ea que interciderant· propter bellum quod accidit nobis congregauit uniuersos· Et sunt aput nos [15] quecumque ergo desideraueritis quae adferant uobis mittite; [16] Incipientes itaque celebrare purificationem scripsimus uobis· bene ergo facietis frequentantes hos dies· [17] Uerum deus est qui saluificauit omnem populum et reddi-

[34] *aput*, manus 2 *apud*.

nepth.., *ar* abrasum videtur, et vestigia probabilia sunt; manús serior *nepthi*. Vulgata antea *Nephthar*, hic *Nephi*.

II, [7] Vox abrasa, quae ex vestigiis videtur *Mox;* manus 2 in rasura scripsit *Ut* cum Vulgata: *mox* pro ὡς Marc. VI, 26 Cant. et Vindob. apud Roensch, *Itala und Vulgata*, 400, et noster supra I, 22; II, 4.

[8] *quemadmodum et*, *et* abrasum et manu 2 praemissum voci *quemadmodum:* Vulgata *et sicut*.

[13] *que*, manus 2 *quæ*.

consumpsit ita, abrasae literae *it i*, et *s* literae *t* conjuncta fuit 2 manu per lineolam, male, cum prima scriptura Graecum referat, et solum praepostere interpungat: nunc remanet monstrum *consumpsta*.

[11] *peccato*, manus 2 praemittit *pro*, et deinde addit *et* ante *consumptum*.

[12] *et Similiter*, *et* semiabrasum, et 1, ut apparet, manu, cum *S* majusculum ipsa scripserit, et *et* sequatur.

quo, super *o* manus 2 per compendium scripsit *que* (*quoque*): Peyron in notis conjicit amanuensem sigla longobardica numerum *octo* referentia ex formarum cum *quo* similitudine sic legisse.

[10] *que*, manus 2 *quæ*.

aput, 1 manus correxit *apud*.

[14] *quecumque*, abrasa fuit vox, ita tamen ut vestigia appareant; manus 2 substituit *Si* cum Vulgata.

quae, manus serior *qui* abrasis *ae*.

dit hereditatem uniuersis et regnum et sacerdotium et sanctificationem· [18] sicut pollicitus est per legem speramus etenim in domino· quia cito nostri miserebitur· et colligit ex hac quæ est sub caelo in locum sanctum· eripuit enim nos de magnis malis et locum emundauit· [19] Quae autem circa iudam machabeum gesta sunt et fratres eius et de magni templi purificatione· et de ar.. dedicatione [20] adhuc etiam aduersus antiochum illum epiphanem et huius filium eupatorem prelia et de uindicta. impiorum qui templum disperdere temptabant· [21] et eas quae de celo contingerunt inlustrationes his qui pro iudeis........... fortiterque gesserunt· ita ut totam regionem· quamquam pauci essent populauerint· et barbarorum cateruas persecuti sunt; [22] et memorabile per tot.. orbem terræ templum receperint· et ciuitatem liberauerint· et eas quae incipiebant dissolui leges correxerint· deum eis propitio facto clementia..... [23] ab iasone cyreneo quinque libris conscripta et manifesta temptauimus uno libro breuiare· [24] considerantes enim numerorum copiam et difficultatem circa illos quae uellent se inmergere· narrationibus ipsius historiae propter multitudinem rerum gestarum [25] curauimus· Uolentibus quidem legere animae delectationem atquirere· his uero qui studerent memoriae mandare facultatem praestare; Omnibus autem qui hanc rem cognoscerent utilitatem exhibere· [26] et nobis quidem hoc non fuit factu facile· qui laborem hac fatigationem sustinuimus huius breuiationis· sudoris autem et uigiliae negotium exstitit· [27] quemadmodum ei qui parat conuiuium et quaerit aliorum desideriis commodum non est facile tamen propter multorum utilitatem· libenter laboremus [28]...........

....

....

exempla uero breuiationis non omittentes· [29] Quemadmodum enim architecto noue domus cure debet esse tota institutio· porro ei qui inurere ac pingere adgreditur quae apta sunt ad exornandum inspecienda sunt· ita et circa nos existimo [30] primum quidem circumire et deambulacrum faciens· ambages sermonum non introducere et curiosius omnia eloqui particulatim· Singula quaeque auctori· historiae congruit· [31] ueritatem uero ditionis sectari· et scrupulosam rerum gestarum rationem excusare ei· qui historiam transfert· concedendum est· Quia breuiarum actus conpendio percurrere laboriosam· dispositionem actus uitare debet· [32].................... excusationem dignam conpendii· Hinc ergo expositionem inchoauimus· his que primus diximus· tantulo adiuncto est enim uaffrum·

[19] *ar..,* manus 2 *arce,* scriptis *ce* in rasura; quantum videtur ex dubiis vestigiis, 1 manus dederat *arae.*

[20] *uindicta*, post vocem rasura unius fere literae.

[21] *iudeis,* post vocem rasura duodecim fere literarum, quae reddebant φιλοτίμως;. et post *fortiter* abrasum *que;* manus secunda linea utrumque locum notaverat. Hac autem correctione contra Graecum textum Vulgatae consona facta est versio nostra.

[22] *tot..,* in rasura manus fortasse prima scripsit *um* (*totum*).

terrae, ante vocem parva rasura.

facto, manus 2 addit *omni* in levi rasura, sed extra ordinem textus, cum sit in fine lineae, ita ut nihil videatur fuisse 1 manu: post *clementia* autem erasa fuit vox 1 manus, quae videtur fuisse *omni.*

[26] *hac*, abrasa litera *h*, quam primo omissam ipsa 1 manus praemiserat.

uigiliae, e initio lineae scriptum abrasum et scriptum in fine praecedentis lineae manu 2.

[28] In rasura duarum linearum et quinque aliarum fere literarum manus secunda latiori scriptura dedit *concedentes quidem ueritatem de singulis auctoribus,* quae praepostero ordine ex Vulgata sunt desumpta.

omittentes, super *om* rasura unius literae, ut videtur.

[30] *particulatim* initio vocis manus serior superscripsit *et.*

[31] *actus* secundum abrasum.

[32] Linea tota abrasa, et manus secunda rescripsit literis latioribus *Qui enim facit translationem habet; enim* est superscriptum.

inchoauimus, manus 2 *inchoabimus.*

uaffrum, prius *f* abrasum.

principia historiae producantur· ipsa autem historia breuietur;

II III, [1] Cum sancta illa ciuitas profunda pace habitaretur· et leges suo statu optimo custodiretur· propter oniae pontificis piaetatem ac seueritatem· [2] eueniebat· ut etiam ipsi reges locum honorificarent· Et maximis templum donis inlustrarent· [3] ita ut seleuchus rex prestaret de retitibus suis uniuersos sumptus· qui ad munificentiam conpeterent sacrificiorum·

[4] Uerum symon quidam balgeus e tribu beniamin praepositus est templi constitutus conflix.. cum pontifice de illa iniquitatem quae ab eo in ciuitatem uertebatur· [5] Et cum uincere oniam uirum iustum· et sine querella non posset· Uenit ad oppolonium thrasei filium· qui eo tempore erat praetor suriæ coeles· ac poenices· [6] et .etulit quod inenarrabili pecunia refertum es.set gazophilacium· quod erat hierusolymis· ita ut multitudo pensationem esset innumerabilis· et non pertinerent haec ad rationem sacrificiorum· esse autem factu facile cadere haecun. regis potestate· [7] Et cum presentiam sui fecisset appollonius aput regem· de his pecuniis quae indictæ illi fuerant notum fecit· At ille electo eliodoro qui erat negotiis praepositus misit eum datis mandatis pecunias quas detulerat symon esse in thesauris iudeae innumerabiles et uarias prolatas auferret in syriam· [8] Confestim ergo iter faciebat eliodorus· optentu quidem tamquam ciuitates circuiret quæ essent in syria· coele et phoenice· reuera autem· ut propositum regis perficeret· [9] Cumque uenisset hierusolyma· benigne a pontifice et ipsa ciuitate exceptus· retulit de interpellatione quae facta erat· et cuius rei causa uenisset enarrauit· Et interrogauit si reuera ita se haec habeant· [10] Pontifice autem demonstrante deposita esse uiduarum et pupillorum· [11] quedam uero etiam hircani tobiae fili uiri eminentissimi· non quemadmodum insimulabat impius symon· uniuersa autem esse argenti· talenta ·cccc· porro auri ·cc· [12] Iniuriam tamen pati eos· qui commendauerint loci sanctitati et honorati per totum mundum templi uenerationi· et tutela inuiolabili prorsus inpossibele esse· [13] a. uero heliodorus· qui propria habebat mandata regis· omnibus modis· dicebat ad reditus regios adsum haec habere· [14] constituto itaque die· ingrediebatur de his tollendis tractatum fixuris· [15] Erat ergo per totam ciuitatem non medioc... animi aestus· porro autem sacerdotes ante altare cum stolis sacerdotalibus prostrati· ad caelum tendentes manus inuocabant eum qui legem sancxit super depositum ut his qui deposuissent haec salua conseruaret· [16] Eratque .um qui conspiceret uultum po.ntificis quasi hominis trucidati· facies enim eius et inmutatio colo-

III, [1] *ac seueritatem*, manus 2 linea infra notavit.

[4] *conflix..*, manus serior *conflixit*, sed *i* fortasse 1 manus est.

iniquitatem, *m* abrasum.

[5] *querella*, prius *l* abrasum.

oppolonium, manus 2 *appolonium*.

suriæ, rasura effictum *siriæ*, ut videtur.

poenices, 1 manus ipsa, ut videtur, correxit *phoenices*.

[6] *.etulit*, manus nescio utrum 1, an 2, rescripsit *retulit*, primo videtur fuisse *detulit*.

refertum, manus 2 attigit *t*, sed quid voluerit non liquet.

es.set, inter duplex *ss* literula abrasa.

pensationem, manus prima superscripto *v* effecit *pensationum*.

haecun., nunc rasura effictum *haec in.*, postea una litera erat; prima manus ideo se correxisse videtur.

[7] *aput*, ipsa 1 manus correxit *apud*.

[11] *fili*, manus 2, ut videtur, *filii*.

cccc, manus 2 superscripsit *quadrigenti*.

cc, manus 2 superscripsit *ducenti*.

[13] *a.*, manus 1, ut apparet, *ad*, manus 2 *at*.

adsum, manus serior *ad sumtum*.

[14] *fixuris*, manus 1 superscripto *v* *fixurus*.

[15] *medioc....*, manus 2 in rasura complevit *mediocris*.

[16] *.um*, prima litera videtur fuisse *e* (*eum*); tota vero vox abrasa fuit.

po.ntificis, litera fere abrasa, et ipsum *o* praecedens refictum ex parte; manus 2 lineola curva conjunxit duas partes vocis.

ris ostendebat animi eius aestum et ardorem· [17] circumfusus e... erat eidem uero metus quidam et horror corporis· per que palam fiebat aspicientibus qui dolor inesset in altitudine cordis ejus· [18] Alii uero de domibus congregatim exiliebant ad publicam obsecrationem· eo quod inciperet ad contemptum peruenire locus·

[19] Porro mulieres sub mammis accincte ciliciis circa itinera plurimae aderant

Uirgines quoque tametsi inclusae aliæ quidem concurrebant ad ianuas· aliae autem in culmina· aliae uero per fenestras prospectabant [20] uerum uniuersae tendentes manus ad cælum flentes preces profundebant· rogantes deum· ut misereretur et auferret ab eis inminentem ruinam et futurum scelus· [21] Erat ergo miser.ri multitudinem publice prostratam· et ipsius pontificis aestuantis expectationem· [22] Et alii quidem inuocabant omni....potentem deum· ea que commissa essent fidei salua conseruari his qui credidissent cum tutela omni·

[23] Porro heliodorus quod fuerat decretum perficiebat ibidem· [24] itaque ipso cum satellitibus iam circa gazophylatium et omnis potestatis praepotens est magnalia fecit inlustria· ita ut uniuersi qui ausi fuissent conuenire expauescentes super dei uirtutem in formidinem et dissolutionem membrorum conuerterentur

[25] Apparuit enim illis aequus quidam metuendum habens sessorem et optimo strato exornatus qui ferebatur impetu effuso· et eliodoro priores ungulas inpegit· At ille qui insidebat ei · uidebatur aureis armis esse armatus [26] alii quoque duo iuuenes additi sunt ad hunc conspectu...m quidem habitudine decori· pulcherrimi autem gloria· amictu praeterea decentissimi· qui stantes ex utraque parte flagellabant eum sine intermissione multis ictibus cedentes eum· [27] cum ad terram repente cecidisset et multis tenebris circumfusus esset . . . . et in sellam . . . . [28] qui cum multo discusso· et omni satellitum agmine in gazophilacium praedictum ingressus fuerat· portabant nullum ope. sibimetipsi praestantem manifeste cognoscentes dei potentatum· [29] Et ille quidem diuina operatione mutus et omni priuatus spe ac salute prostratus iacebat· [30] illi autem benedicebant dominum qui praeter opinionem locum summa significatione· Et quod paulo ante metu. . et turbatione plenum erat templum omnipotentis inlustrante domino· gaudio et laetitia refertum erat· [31] Et cito igitur quidam qui eliodoro adsidui erant rogabant inuocare illum altissimum· et uitam donare ei qui prorsus in extremo halitu positus erat· [32] Suspectus itaque pontifex factus ne forte rex arbitraretur mali aliquid circa he-

[17] *e...,* manus nescio utrum prima ex correctione, an 2. *enim,* spatium regulare.

[21] *miser.ri,* manus 2, ut videtur, *miserari,* etiam primum *r* fere totum refictum post rasuram; sed demum *ra* ipsum abrasum fere omnino.

[22] *omni....,* abrasa fuit vox quatuor fere literarum, ex vestigiis videtur *enim.*

[24] *gazophylatium et,* manus 2 cum Vulgata inserit *presens,* et pro *et* vult *set.*

est, manus 2 lineam scripsit supra, non infra vocem, ut eam reprobet.

[26] *ad hunc conspectu...m* voces, quas dedi, abrasae cum alia quam legere non potui; ex Vulgata reprobata fuerunt omnia. Manus 2 lineis ullis superscriptis his et voci sequenti aliquid notaverat; sed abrasae fere omnes.

amictu praeterea, manus 2 *amictuque* abraso et linea reprobato *praeterea,* ex Vulgata, ut videtur.

[27] *esset,* manus 2 in rasura *rapuerunt* addit cum Vulgata.

sellam, manus 2 in margine et in rasura *gestatoriam eum impositum eiecerunt* fere cum Vulgata.

[28] *discusso,* manus 2 *discussu.*

omni, quantum apparet erat *omnis,* sed *s* abrasum fuisset.

portabant, manus, ut videtur, serior *portabatur* cum Vulgata.

nullum ope. sibimetipsi praestantem, manus 2 *nullo opem sibimetipsi praestante.*

[30] *opinionem,* manus 2 addit *magnificauit.*

Et, 2 manus addit hic *templum* cum Vulgata.

metu .., in rasura *et* scriptum fuisse videtur, et abrasum fuisset quia bis scriptum.

templum, abrasum.

omnipotentis, ipsa prima manus, ut videtur, correxit *omnipotente.*

lidorum a iudeis esset .ctum· obtulit sacrificium pro eiusdem uiri salute. [33] p..ficiente ergo litationem pontifice idem iuuenes rursus apparuerunt eliodoro isdem ue..bus a.micti· Et cum stetissent dixerunt magnas gratias oniae pontifici habe· propter illam enim donauit tibi uitam dominus· [34] Tu autem flagellatus ab eo adnuntia uniuersis summum imperium dei· Cumque dixissent· non conparuerunt· [35] porro eliodorus cum obtulisset sacrificium domino et uota maxima uouisset ei qui uitam illi concessisset· oniam quoque excepisset reuersus est cum exercitu ad regem [36] protestabatur praeterea uniuersis ea. que ante faciem uidisset opera maximi dei· [37] Rege autem interrogante eliodorum quis namque sit· qui semel adhuc mittatur hierusolyma· ait· [38] si quem habes hostem aut rerum tuarum insidiatorem mitte cum illo· et flagellatum recipies eum· si quidem et euaserit eo quod circa illum locum uere sit· quaedam dei uirtus· [39] ipse enim qui sedes in caelis habet uisitator loci illius· et eos qui ueniunt ad male tractandum percutiens perdit· [40] Et illa quidem quae circa heliodorum et gazophilacii conseruationem ita processerunt·

IV, [1] Ad uero symon qui est predictus qui pecuniarum ac patriae delator extitit male loquebatur de onia tamquam ipse esset qui eliodorum conturbasset· et omnium malorum auctor extitisset· [2] et benefactorem ciuitatis et consultorem gentis sue· et emulatorem legum insidiatorem rerum dicere audebat· [3] Porro hac inimicitia· in tantum procedente· ut etiam per quosdam eorum qui probati essent symoni cedes· et homicidia perpetrarentur· [4] Considerans pontifex contentionis huius perniciem appolonium quoque filium est· syrie coeles· et phoenices pretorem coalescere malitiam symonis elaborantem· [5] ad regem peruectus est· non utique accusator ciuium constitutus· uerum id quod utilis esset in commune et singulariter· uniuerse multitudini ante oculos habens· [6] Uidebat enim sine prouidentia regis· etiam nunc inpossibile esse rebus pacem contingere· neque symonem accepturum finem amentiae;

[7] Defuncto autem seleuco· cum suscepisset regnum antiochus qui cognominatus est ephyphanes subpetiuit iason frater oniae pontificatum [8] repromissis regi per interpellacionem talentis argenti· trescenti sexaginta· et alterius uectigalis cuiusdam reditus talentis octuginta· [9] .ac super haec pollicebatur· alia quoque conscribere centum quinquaginta· si concederetur per potestatem ipsius gymnasium· et ephebos sibi colligere et eos qui agerent hierusolymis antiochenses conscribere· [10] Cumque rex aduenisset· et obtinuisset iason pontificatum falsum· confestim ad grecum morem gentis suae homines transduxit· [11] depulsis regis beneficiis quae data erant iudeis per iohannem patrem eupolemi· qui legatione functus fuerat· super amicitia et societate ad romanos preterea· et legitimam destruens ciuitatis conseruationem iniqua sollemnia innouabat· [12] prumptae namque gimnasium sub arce ipsa constituit· et ipsos fortissimos subiens sup petasum ducebat· [13] sic

[32] *.ctum*, in rasura unius literae fortasse *a* (*actum*) 1 manus, ut videtur, rescripsit *factum*.

salute., rasura literae *m*, ut videtur.

[33] *p..ficiente*, manus 2 *perficiente*, spatium pro *er* suppleto regulare est.

ue..ibus, manus 2 *uestibus*.

a.micti, erasum *c* vel *e*.

illam, manus ipsa prima *v* superscripto *illum* correxit.

[36] *ea.*, erasa, ut videtur, litera *m*.

[37] *hierusolyma*, ipsa 1 manus fortasse voluit postea *hierusolymam*.

[39] *illius*, manus serior addit *est*.

IV, [1] *Ad*, manus 2 *At*.

[4] *est*, manus 2 reprobavit, et superscripsit, *nestei...*, et post *i* succedit parva rasura scripturae 2 manus.

phoenices, manus 2 *phoenicis*.

[7] Deest in margine nota *III* ex praemissis Capitulis apponenda, seu etiam abrasa fuit, margo enim erasus est.

[8] *trescenti*, erasa litera *s*.

octuginta, manus serior, *octoginta*.

[9] *.ac*, erasa litera, fortasse *h* (*hac*).

[12] *sup petasum*, manus serior superscribit *lupanaria domus*.

enim erat argumentum caloris et incensionis grece institutionis·

Erat autem tale quoddam grecissationis robur prefectos alienigenarum mores propter excellentem impii et non pontificis iasonis contaminationem· [14] ut iam non essent prumpti sacerdotes circa apparationes altaris· Sed templum quidem contempnentes· et sacrificia neglegentes properabant percipere illam que in palestra prestabatur sceleratam liberalitatem post disci prouocationem· [15] honores quidem patrios pro nihilo ducentes· Porro grecas . . . glorias optimas esse existimantes [16] quarum gratia · circumdedit eus molesta· rerum circumstantia et quorum emulabantur instituta et per omnia uolebant eis adsimulari· hos eosdem hostes et in semetipsos uindices sunt experti [17] impiae namque gerere cum legibus diuinis non est facile. sed haec demonstrauit sequens tempus· [18] Cumque ageretur quinquennale certamen in ciuitate tyro· et rex presens esset· [19] misit iason ille pollutus spectatores tamquam antiocenses· ab hierusolymis iudeos ferentes argenti dragmas trecentas ad herculis sacrificium· quas . . . .
. . . .
sacrificii eo quod non congrueret· ad alium uero conferri sumptum . . . . [20] itaque oblata haec propter illum . . . . . . qui misit ad herculis sacrificium. . . . .
. . . .
. . . . [21] Cumque in aegyptum missus fuisset apollonius nesthei· propter primos accubitos ptholomei regis illius philomethoris· cum antiochus cognouisset se alienum ab illo factum· res que ad ipsius tutelam pertinerent curabat· Unde cum ioppen uenisset peruenit hierusolyma· [22] et magnifice ab iasone· et ciuitate exceptus cum facibus et adclamationibus introductus est· deinde sic phenicen cum exercitu accessit· [23] Post trienni autem tempus· misit iason menelaum supra demonstrati symonis fratrem· ferentem pecunias regi.· et de necessariis rebus expediturum responsa· ut causarum decreta impetraret· [24] commendatus regi cum semetipsum clarificasset facie potestatis eius in se pontificatum deriuauit superposito iasone talentis argenti trecentis· [25] Acceptisque regiis praeceptis aduentabat hierusolyma· nihil omnino dignum pontificatu sentiens animos autem crudelis tyranni et feræ barbariae iram gestans; [26] Et iason quidem· qui suum fratrem fraude circumscripserat· priuatus honore per fraudem· ab alio profugus in regionem ammin..dem· expulsus est . . . .
[27] Porro menelaus magisterium quidam optinebat· repromissas autem regi pecunias nullo ordine pensitabat· Cumque exactionem agitaret sostratus prefectus arcis· [28] ad hunc enim uariorum tributorum exactio pertinebat· ob quam causam ambo a rege uocati sunt· [29] et menelaus quidem amotus est a pontificatu· accepto successore lisimacho fratre suo· porro sostratus accepit

13 *Erat*, in margine lata rasura.
15 *glorias*, ante vocem erasae tres fere literae.
16 *eus*, 1 manus, ut videtur, refinxit *eos*.
adsimulari, rasura factum fuit *adsimilari*.
17 *facile.*, litera abrasa *s*, ut apparet.
19 Manus secunda in rasura: *etiam postulauerunt hii qui adferebant ne essent in usu.*
uero, manus 2 addit *eas*.
sumptum, manus 2 in rasura addit *hortabantur*.
20 *oblata*, manus 2 *oblatae sunt* cum Vulgata.
illum, vox abrasa postea.
sacrificium, in rasura manus prima fortasse inscripsit: *Propter beneficium autem adferencium· date sunt in fabricas nauium triremium·*
21 *hierusolyma*, 1 fortasse manus *hierusolymam*.
22 *facibus*, manus serior *falibus*, et superius *alius facibus*; dedi *alius*, sed codex *al* cum linea compendii in litera *l*.
23 *trienni*, manus serior *triennii*.
ferentem, sic ex correctione 1 manus, fuerat *ferentes*.
regi., fuerat *regis*, ut videtur.
24 *hierusolyma*, 1 manus deinde *hierusolymam*.
animos, manus prima dein voluit *animum*.
gestans, linea interpunctioni superposita oblique.
26 *ammin..dem*, manus prima superscripto *a* literae *i*, et postea rasurae inscribens *iti* eadem manus, ut videtur, dedit *ammanitidem*.
expulsus est, postea rasura vacua relicta.
27 *quidam*, manus 1 mutavit *quidem*; scilicet nihil de *a* mutans *e* adscripsit.

successorem cratetan· qui erat super cyprios· [30] Talibus autem rebus constitutis contigit tarsenses et mallotas seditionem mouere eo quod antiochide concubine regis dono dati essent· [31] maturius ergo aduentabit rex ut cohiberet eos· relicto suffecto andronico ex his qui essent in maxima dignitate· [32] Cumque existimasset menelaus nanctum se esse oportunum tempus· aureis quibusdam uassis de templo interceptis donauit andronico· et alia pridem uenumdederat tyro· et in ciuitatibus quae erant in circuitu· [33] quae etiam cum pro liquido cognouisset onias arguebat quandoquidem .ecessisset in locum asylum ad dap.en · quae circa antiochiam posita est· [34] Unde menelaus seorsum adprehensum andronicum rogabat ut oniam interficerat· At uero ille cum ad oniam uenisset· et per dolum persuasum ei esset· et esset exceptus cum iureiurando data dextra quamquam esset suspectus persuasit de asylo procedere quem et confestim inclusit· non reueritus iu...... [35] ob quam causam· non solum iudæi· uerum etiam multi ceterarum quoque gentium fremebant· et egre portabant· super eiusdem uiri cede iniquissima· [36] Cumque regressus fuisset rex de locis quae sunt circa ciliciam· interpellabant qui in singulis ciuitatibus ..ebant iudei persequentibus· hoc etiam ex grecis grauissime aduersus malum factum commotis· quod onias sine ratione interfectus esset [37] ex animo· Itaque antiochus contristatus est· et misericordia flexus· profusis lacrimis· propter illius interempti sobriaetatem· et maximam disciplinam· [38] accensus animis· confestim ablata andronici purpura et tunicis ejus discissis· circumductum per totam ciuitatem eodem loco ubi oniam impiae tractauerat· illic conscelerate cedis hominem dehonestans trucidauit domino retribuente illi dignissimam poenam· [39] Cumque multa sacrilegia fuissent admissa a lisimacho cum consilio menelai· et peruulgata de his fama esset· Congregata est multitudo populi aduersus lisimachum uasis aureis iam multis dissipatis; [40] Insurgente autem turba· et in iracundia se adtollente· armauit lysimachus uirorum circiter tria milia· et mouit iniquas manus inchoante quodam tyranno prouectæ aetatis · nihil autem minus et amente· [41] Cumque animaduertissent adgressionem lysimachi· arceptis alii quidem saxis· alii autem fustibus uastis· quidem uero subiectam humum inuadentes passim· iacebant in eos qui erant circa lysimachum· [42] ex qua causa multos quidem ipsorum saucios reddiderunt· Quosdam autem et prostrauerunt· porro autem uniuersos in fugam truserunt ipsum etiam sacrilegum· iuxta gazophilacium interfecerunt· [43] denique his suscepta cognitio aduersus menelaum; [44] Cumque rex ptholomeus tyrum uenisset· apud illum causam egerunt qui fuerant a senatu iudeorum misi· tres uiri· [45] iamque uictus menelaus pollicitus est multas pecunias ptholomeo dorum̄ se daturum· ut persuaderet regi· [46] unde uocatum in quoddam columnatum

[31] *aduentabit*, manus serior correxit *aduentavit.*

[32] *nanctum*, ex rasura *nactum.*

uassis, rasura factum *uasis.*

[33] *.ecessisset*, nunc *secessisset*, sed *s* in rasura nescio qua manu, spatium tamen pro *r* videtur angustius.

dap.en, litera abrasa, *n* ut videtur (*dapnen*), sed manus ipsa prior correxit d*aphnen.*

[34] *interficerat*, manus ipsa prima mutavit *interficeræt.*

inclusit, manus 2, *alius eum peremit*; de *alius* idem est ac v. 22. Est Vulgata.

iu......, manus 2 *iustitia;* Vulgata *justitiam.*

[36] *..ebant*, duae fere literae erasae, et ex *b* partim eraso manus prima fecit *r* (*erant*).

persequentibus, erasum, et linea manus 2 subtus notatum.

ex grecis, manus serior *et greci* cum Vulgata.

commotis, manus 2 *s* erasa dedit *commoti conquerentes*, Vulgatae propius accedens.

[40] *amente*, prima fortasse manus *amentiæ.*

[41] *quidem* 2°, manus serior *quidam.*

iacebant, manus prima correxit *iaciebant.*

[43] *denique his*, manus 2 *de his ergo* cum Vulgata.

suscepta, manus 2 addit *est.*

[44] *rex*, super lineam supplevit manus 1.

misi, manus serior *missi.*

[45] *dorum̄*, sic codex cum linea super *m*; Graeco

atrium tamquam refrigeraturum regem transtulit· [47] et omnis quidem malitiae reum menelaum criminibus absoluit· porro miseri qui etiam si aput scithas causam agerent dimissi sine dubio fuissent inculpati absoluerentur· quae sine ulla reprehensione his mortem inrogauit· ptholomeus rex uelociter duci iubens· [48] Celerrime itaque inquam dampnationem perpesi sunt· qui pro patria et populo et sacris uasis aduocationes functi defensores extiterant· [49] propter quam causam et tyrii malo hoc facto commoti quaecque ad sepulturam necessaria essent· magno sumptu prestiterunt· [50] Menelaus uero propter auaritiam eorum qui res obtinerent· perseuerauit in magisterio conualescens· malitiae magnus conciuium insidiator constitutus;

IIII V, [1] Circa hoc AUTEM TEMPUS SECUNDAM expeditionem in egyptum antiochus parauit· [2] et contigit per totam ciuitatem fere per dies quadraginta uidere currentes per aerem aequites· auro uariegatos stolas habentes· et lanceas per quohortes armatos· [3] et alas equitum dispositas et commissiones fieri· Et decursus utrorumque et clipeorum multitudinem et gladiorum euaginationes et iactus sagittarum et aureorum ornamentorum fulgores omni genere loricatorum [4] propter quod cunti rogabant in bono huiusmodi factam uisionem· [5] Cumque opinio false manasset tamquam antiochus defunctus esset· adsumpsit iason· non minus mille hominibus repente adgressus est ciuitatem· . . . .
. . . . . Postremo iam cum in eo esset ut ciuitas caperetur· menelaus quidem in arcem confugit· [6] Iason autem cedens ciuium suorum perpetrabat nulli parcens neque considerans suum aduersus cognatos euentum maximam infelicitatem· et cum existimaret hostium et non suae gentis hominum trophea constituere· [7] magisterium quidem non obtinuit· fi.em uero sui conatus turpitudinem adeptus· rursum profugus in ammanitidem discessit; [8] Denique . . . .
. . . . inclusus apud aretan tyrannum arabum· de ciuitate in ciuitatem· Iterum ab omnibus flagitabundus abhorrens tamquam legum preuaricator exsecrabilis· tamquam patrie delator et ciuium carnifex· in aegyptum extrusus est· [9] et . . . .
. . . . expulsis peregre periit· ad lacædemonios peruectus· quasi propter cognationem conseculurus protectionem· [10] Et qui multitudinem insepultorum abiecit si.e planctu permansit· et sepultura nec qualicumque humatus· ne paternum quidem sepulchrum participauit· [11] Perlatis autem ad regem anthiochum quae acciderant co-

τῷ Δορυμένους, quod Vulgata omittit, et imperfecte reddit codex.

[47] *uelociter*, manus 2 addit *illos*.

[48] *inquam*, sic non *iniquam*, sed vox tota abrasa fuit.

[49] *essent*, *n* omissum supplevit manus prima.

[50] *malitiae*, 1 fortasse manus *in* praeposuit, *e* vero abrasum fuit (*in malitia*); sic Vulgata.

conciuium, *con* abrasum cum Vulg.

constitutus, sic 1 manu omnia, sed *s* finale in rasura est, in qua videtur primo fuisse *m*.

V, [2] *uariegatos*, abrasae literae *eg* et *a* refictum, manus autem 2 duas vocis partes per lineam suppositam conjunxit.

quohortes, manus 2 *cohortes*, linea ut in nota praecedenti supposita.

[5] *adsumpsit*, pro *p* inceperat 1 manus scribere sequens *s*, sed in ipso actu se correxit.

ciuitatem, in rasura manus 2 *Ciuibus ad murum conuolantibus* cum Vulgata.

[7] *fi.em*, nunc in rasura, et fortasse 1 manu, *finem*, primo videtur fuisse *fidem*.

adeptus, manus 2 addit *est*.

[8] *Denique ..... inclusus*, utrumque cum interpositis abrasa fuerunt, et manus 2 rescripsit *Ad ultimum in exitum sui conclusus est* fere cum Vulgata.

aretan, primo fortasse *aretam*.

arabum, manus 2 addit *fugiens* cum Vulgata.

[9] *et ..... expulsis*, post *et* cetera abrasa una cum *expulsis*, et manus 2 inscripsit *qui multos de patria expulerat* cum Vulgata praeter *sua* post *patria*, quod Vulgata habet: ex ollis vestigiis fortasse prima manus dederat ...... *de sua patria*.

lacædemonios, manus 2 *lacædemonas*, cum Vulgata.

[10] *si.e*, manus 2 *sine*, scripto *n* in rasura unius literae.

paternum quidem sepulchrum, manus 2 *paterno quidem sepulchro* cum Vulgata pro forma.

gitauit euertere iudeam· unde regressus ex egypto efferatus animo· cepit ciuitatem armis· [12] et iussit militibus non parcerent cedendo eos· qui in illos incidissent· et eos qui in domos ascenderent interficere· [13] Perpetrata est igitur iuuenum et seniorum trucidatio· uirorum quoque et mulierum interitus uirginum· praeterea et infantium iugulationes· [14] octuginta itaque milia totis diebus tribus interierunt· quadraginta quidem in populationibus manuum non minus autem quam iugulati fuerant uenundati sunt· [15] Nec contentus his ausus est sanctissimum templum cuius sanctitas uniuerso orbi diffamata est· ingredi ducem habens menelaum qui legum ac patriae proditor fuerat [16] et pollutus manibus sacra uasa sumens et quae ab aliis regibus et ciuitatibus dona data erant ad augmentum· et gloriam loci et honorem· profanis dabat coacervans· [17] Et extollebatur sensu antiochus· non considerans quia propter peccata eorum qui ciuitatem inhabitarent· iratus est mediocriter dominus· propter quod contigit circa ipsum locum despectio· [18] Quod si non accidisset ... et multo prius adtineri plurimis peccatis sicut eliodorus qui misus est ad seleucho rege ad despeculandum gazophilacium· Et ipse mox ut accessisset confestim flagellatus retusus fuisset· a sua temeritate [19] sed non propter locum.....

.... [20] ....
locus participatus gentis suae· clamitatibus cum prospere· secutae· res fuissent communionem habiit· et qui est adprehensus omnipotentis ira· rumsum reconciliatione magni domini cum omni gloria restitutus est· [21] Igitur antiochus ablatis de templo· DCCCC talentis maturius antiochiam peruenit· existimans pro superbia terram quidem nauigabilem facere· pelagus uero .... [22] .... haec praepositus ad male tractandum nationem· hierusolymis quidem philippum genere ph..gem· mores autem magis barbaros habentem ipso illo· qui eum constituit· [23] porro in argarizin andronicum ....
····· menelau· qui peius ceteris armatus erat animis aduersus ciues· infestamque mentem gerens contra iudeos· [24] Misit appollonium misarchem cum exercitu· uiginti et duobus milibus datis· adhuc qui essent solidiores aetatis uniuersos interficeret· mulieres autem et iuniores uenundaret· [25] Hi.c autem cum hierusolyma uenisset et tamquam pacificus esset ita simulasset· expectauit usque ad diem sanctum sabbati· et cum haberet feriatos iudeos· his qui sub ipso essent arma sumere precepit· [26] et eos qui precesserant ad specta-

[18] *et multo prius*, 1 manu, sed in rasura; antea rasura vacua trium fere literarum; codices Graeci Holmesiani 62, 64, 93, quorum recensionem noster passim refert, habent αὐτούς, sed non sequitur eos noster statim post, alioquin correctio est primae manus, et scripturae errorem corrigere, non aliam lectionem inducere voluisse amanuensem probabile est.

a sua temeritate sed non, praeter ultimum *n* in rasura, sed 1 manu, spatium regulare.

[19] *locum* ....., manus 2 in rasura inscripsit: *gentem· sed propter gentem locum dominus elegit·* [20] *Ideoque et ipse;* item Vulgata, sed haec *Deus*, non *dominus*.

[20] *participatus*, manus 2 *particeps* cum Vulgata.

clamitatibus, manus 2 *calamitatibus*.

rumsum, manus serior *rursum*.

[21] *uero* .... in rasura et in margine, et in alia postea mutans manus 2: *ad iter agendum deducturum Reliquit autem et praepositos ad male tractandam*. Vocula *haec* abrasa fuit.

[22] *ph..gem*, manus 2 *phrygem*, et *r* fortasse 1 manus est; *m* autem rasura mutatum in *n*.

mores, manus 2 *moribus*.

barbaros, manus 2 *barbarum*.

[23] *argarizin*, sic hic et infra VI, [2], ex mira lectione, cujus nullum in reliquis testibus vestigium, et Hebraeum *har garizim mons Garizim* reddit. Sed cum liber noster Graece scriptus fuerit, neque errori amanuensis tribui possit lectio repetita, eam ab aliquo vetere correctore repeterem.

menelau·, manus 2 *et menelaum*. Ultima vox rasurae praecedentis videtur *omnes*.

armatus erat, manus 2 *armati erant*.

gerens, manus 2 *gerentes*.

[24] *Misit*, manus 2 addit *etiam*.

[25] *Hi.c*, litera abrasa, *n* ut videtur (*Hinc*).

hierusolyma, 1 fortasse manus *hierusolymam*.

culum uniuersos trucidauit· et in ciuitatem cum armis cursu ingressus· magnam strauit multitudinem· [27] Iudas uero qui et machabeus cum hominibus centum in solitudinem secessit· ferarum more uitam degens in montibus· cum illis qui erant cum ipso· et herbarum cibo uescentes· in presenti transiebant ne participarent contaminationem·

VI, [1] Porro non post multum temporis misit rex antiochus senem atheniensem ad cogendos iudeos transgredi a legibus patriis· et legibus dei non conuersari· [2] praeterea contaminare quod hierusolymis est templum· et cognominare iouis olympii· et illud quod est in argarizin· uocari locum iouis hospitalis· sicut uocabatur ab his qui in eo loco habitare c..perunt; [3] Perniliosa itaque et uniuersis difficilis erat malitiae circumstantiam· [4] templum etenim de luxuria· et comisationibus gentilium. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . [6] Erat ergo neque sabbatizare· neque patrios obseruare festos dies· nec simpliciter confiteri iudeum esse· [7] ducebantur autem acerbissima necessitate iuxta menstruam regis natalem diem ad extorum inspectionem et supplicationem· Et cum ageretur liberalium dies festus· cogebantur iudei .edere habentes coronas pompam libero celeb.rare· [8] emisit· edictum preterea ad ciuitates proximas grecas suggerente· ptholomeo eandem formam aduersus iudeos agere et exta inspicere [9] eos qui nollent transire ad grecos ritus interficere; Erat ergo conspicere presentem calamitatem· [10] nam duae mulieres perductae sunt quae filios circumciderant· quarum mammis eosdem infantes suspenderunt· et publice circumductas eas per ciuitatem ae muris precipites dederunt· [11] Uerum alii cum in proximum confugissent in speluncas delati philippo clanculo celebrare sabbatum· ignis flamm. concremati sunt· eo quod metuerent opitulari sibi pro claritate castissimi diei· [12] Hortor autem eos qui legerint· uel audierunt librum hunc non contristari nec deficere animo· aut subtrahere se a fide· propter erumnas· et cogitare has uindictas non ad interitum· uerum ad emendationem nostri generis spectare· [13] Namque non multo tempore sinere eos qui gerunt impiae· sed confestim in poenas eos incidere magni beneficii ... signum· [14] non enim sicut circa alias gentes expectat patienter dominus donec perductos ad explectionem peccatorum puniat· Ita et circa nos iudicabit [15] ut non ad finem peruenientibus peccatis nostris postmodum a nobis exigat uindictam· [16] quapropter numquam abstinet misericordiam a nobis· emendans autem per erumnas non dereli.qui. populum suum· [17] Uerumtamen hæc ad communitionem dicta sint uobis porro paucis ad narrationem est perueniendum;

V [18] ELEAGAR ERGO QUIDAM EX PRIMARiis scribarum uir· iam prouectus aetate· et uultu faciei decorus· cogebatur aperto ore man-

VI, [2] *c..perunt*, serior manus *coeperant.*

[3] *malitiae circumstantiam*, rasuris factum *malitia circumstantia.*

[4] *comisationibus*, manus 2 *comessationibus.*

Manus 2 in rasura rescripsit: *refertum erat· et scortancium cum meretricibus sacratisque muneribus· mulieres se ultro ingerebant· introferentes ea quæ non licebant·* [5] *Altare etiam plenum erat illicitis· quæ legibus prohibebantur;* fere cum Vulgata.

[7] *.edere*, *h* abrasum, ut apparet.

celeb.rare, erasa litera; *e* ut videtur.

[9] *eos*, manus 2 addit *uero.*

ergo, in rasura, sed 1 manu; manus autem 2 addit *miseria.*

[11] *flamm.*, manus fortasse prima in rasura literae scripsit *a* (*flamma*).

[12] *audierunt, audierint* 1 fortasse m. correxit.

[13] *gerunt*, manus serior *egerunt.*

beneficii, in rasura sequenti manus 2 scripsit *est.*

[16] *dereli.qui.*, in prima rasura erat, ut videtur, litera *n*, in fine manus nescio quaenam *t* scripsit in rasura (*dereliquit*); erat primo fortasse *s.*

[17] *communitionem*, manus serior *commonitionem.*

ducare suillam carnem· [19] at ille magis cum inlustri fama mortem quam cum exsecratione uitam adpetens· sponte cedebat·

[20] Cum conspexisset quemadmodum oportebat accedere eos qui non t.lerant· illa quae non est fas gustare propter uitae aeternae desiderium·

[21] Ad uero illi qui adstabant ei cum piaetate impia extorum contumanationis sceleratae prepositi· propter notitiam uiri quae esset illis cum ipso temporibus· uetustissimu. arreptum eum seorsum hortabatur allatam carnem quae liceret ei· utique ab ipso esset parata simulare· tamquam manducande propter illa. que a rege fuerant praecepta de carne sacrificiorum [22] ut hoc gesto absolueretur a morte;

Et propter antiquam cum illis amicitiam consequeretur istud beneficium·

[23] At ille ratione inita que esset eligantissima et digna ipsius aetate et senectutis præcellentia· et adquesita inlustratione· et ipsorum canorum et obluma educatione a puero· magis autem illa sancta et a dea condita legislatione consequenter pronuntiauit dicens· dimitterent citius ad inferos· [24] Non est dignum nostram aetatem fingere ut plurimi iuuenum existimantes· eleazarum nonaginta annorum ad morem alienarum [25] etiam ipsi propter simulationem· propter modicum et pusillum uitae in errorem inducantur propter me· et piaculum ac maculam senectuti adquiram· [26] tametsi enim .... praesenti tempore euasero eam quæ hominibus est poenam· sed omnipotentis illius manus neque uiuus neque mortuus effugiam· [27] Quapropter uiriliter nunc defunctus senecta quidem dignus uidebor· [28] porro iuuenibus ualidissimum exemplum relinquam ut prumptae ac fortiter pro castis et sanctis legibus bonam mortem adpetant· Cum haec autem dixisset ad tormentorum locum· statim ducebatur [29] ipsis qui ducebant eum· quam paulo ante habuerant circa illum beniuolentiam reuocantibus propter sermones· quos illi arbitrabantur esse amentiam; [30] Cumque cepisset plagis mori ingemescens· ait· Domine qui sanctam habes scientiam· manifestum est· quia cum possim morte absolui· durissimos dolores corporis tollero· flagellis uapulans animo autem propter ipsius metum· et libenter haec patior· [31] Et iste quidem hoc modo defunctus est· non solum iuuenibus· uerum etiam plurimis eiusdem gentis mortem suam fortitudinis exemplum et memoriam uirtutis· relin .... s·

VII, [1] Contingit nihilo minus etiam septem fratres cum sua matre adpræhensos conpelli a reg. suillam carnem contingere· flagellis et .... castigationem sustinentes· [2] Unus autem ipsorum· princeps sermonis existens sic ait· Quid incipis interrogare a nobis? parati enim sumus mori

[20] *eos qui non t.lerant*, manus 2, addendo et radendo *.l*, dedit: *indigne ferens eos qui non timuerant:* post *t* videtur fuisse *u*.

[21] *Ad*, manus 2: *At*.

contumanationis, manus ipsa prima correxit *contaminationis*.

uetustissimu., abrasa litera *m*, ut apparet, 1 m. correxit *uetustissimis*· Punctum praecedens abrasum.

parata, manus serior, ut apparet, *paratam*.

manducande, manus serior *manducando*.

illa, rasura literae *m*, ut videtur (*illam*).

[23] *aetate*, manus 2 *aetatis*.

adquesita, manus 2 *adquisita*.

et ipsorum canorum et, manus serior radendo et mutando *ipsius caniciæ; et* vero ultimum refictum.

obluma, rasura factum *oblima*.

dea, manus nescio quaenam *deo*.

[24] *alienarum*, manus 1, ut videtur, superscribendo *g* fecit *aligenarum* (sic); manus autem serior *alienigearum* (sic).

[25] *ac*, sic prima manus, sed *a* ex *et* per compendium scripto effictum in ipso scriptionis actu, cum *c* regulariter succedat.

[26] *enim ......*, *enim* abrasum cum aliis literis fere sex, et pro tota rasura manus serior rescripsit *in*.

[28] *locum· statim*, m. 2 *locum statim*.

[30] *et*, abrasum.

[31] *relin....s*, manus nescio quaenam rasuram explevit *relinqens* (sic sine *u*).

VII, [1] *Contingit*, eraso *n* factum *Contigit*.

reg., in rasura manus nescio quaenam *rege*.

et, in rasura manus serior *taureis* cum Vulgata.

[2] *nobis?*, sic codex cum nota interrogandi fere ut nostra.

quam transgredi leges patrias· quas nobis deus tradidit· [3] Porro iracundia rex percitus praecepit· Graticulas et catinos igniri· [4] et confestim ignescentibus eis ei cui principe loco uerba fecit . . . . . . iussit linguam amputari· et cutes eius de . . . . summas manus et pedes . . . . precidi·

[5] Ceteris autem fratribus· et matre conspicientibus· sine adminicúlo uerborum eum redditum· iussit. . . . admoueri spirantem et assari uaporem plurimum· quantum catino reddente·

Illi ergo cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter sic dicentes; [6] Dominus Deus intuetur· et testimonium exposuit moyses dicens· et super seruis suis exorabitur· [7] Mortuo itaque illo primo hoc modo sequentem ducebant ad inlusionem· et cute capitis cum capillis detracta interrogabant si manducaret priusquam puniretur corpore per membra singula· [8] At ille respondens uoce patria adfatus est· non ideo quia frater meus crudelem consecutus est poenam ego negabo deum [9] et cum iam in extremo esset spiritu dixit;

Tu quidem sceleste et impiae de hac praesenti uita nos perdis· rex autem mundi deus· qui regnat in aeternum· et regni eius finis non est· mortuos nos pro suis sanctis legibus in aeterne uitae conuersationem resuscitauit· et his dictis et hic spiritum tradidit· [10] Post hunc tertius inludebatur et postulatus linguam cito protulit· et manus audacter extendit [11] et fortiter dixit· de caelo hæc possidebo· et propter illius leges dispicio haec· et ab ipso rursum spero haec recipere [12] ita ut ipse rex et qui cum illo erant terrerentur eiusdem iuuenis animo quam pro nihilo dolores haberet· [13] Et hoc defuncto quartum similiter cruciantes torquebant· [14] et cum iam esset prope mortem sic ait· potius est interfecto ab hominibus expectare spem· a deo· et rursum resuscitari ab eo· tibi etenim resurrectio ad uitam non erit· et his dictis mortuus est· [15] Consequenter deinde adductum quintum excruciabant tormentis· [16] ille uero intuitus eum dixit· Potestatem habes in homines cum sis corruptibilis quod uis facis· noli autem putare genus nostrum a deo derelictum esse· [17] tu ergo specta maiestatis eius imperium· qualiter te et semen tuum torquebit· et his dictis mortuus est· [18] Post hunc itaque ducebant sextum· et incipiens mori dixit · noli frustra errare· nos enim propter nosmetipsos haec patimur peccantes in deum nostrum et facta sunt digna ammiratione et laude quae contigerunt· [19] Uerum tu noli arbitrari innocentem te fore· adgressus pugnare cum deo· [20] præcellenter autem admirabilis mater et optime memoriae digna que pereuntes septem filios conspiciens· sub unius diei tempus aequo animo ferebat propter spem uitae aeternae quam in domino habebat [21] singulos præterea ipsorum hortabatur patria uoce· fortissimo impleta sensu· et femineam cogitationem uirili circumdans animo dicebat illis· [22] Fili nescio qualiter in meum utero parueritis· neque ego spiritum ac uocem donaui uobis· et singulorum uestrorum conpagem non sum ego modulata· [23] Igitur mundi conditor qui finxit hominis natiuitatem et uniuersorum

[4] *cui*, sic primo ut videtur omnino, deinde manus prima ut videtur, certo etiam serior *qui*.

principe, manus serior *principis*.

fecit, in rasura suspicarer ex ullis vestigiis valde dubiis et ex Graeco *αὐτῶν* fuisse *ex eis*.

de......, manus serior *decaluari·*.

pedes, rasura sequens vacua relicta.

[5] *iussit*, in rasura sequenti vacua relicta videtur ex ullis vestigiis fuisse *piræ*.

[7] *singula*, primo videtur fuisse *singulo*, sed 1 manus mutavit.

[9] *aeterne*, 1 manus correxit *aeternae*.

[11] *possidebo*, litera *b* in rasura, sed 1 manu ut apparet, *o* finale omnino regulariter sequitur 1 manu.

dispicio, manus serior *despicio*.

[16] *uis*, sic ex correctione 1 manus, primo videtur fuisse *uos*.

[18] *peccantes*, sic, ut satis apparet, correctum 1 manu, quae scripserat *peccau*, sed statim se correxisset, cum cetera sequantur regulariter.

[22] *meum*, manus fortasse 1, certe serior, *meo*.

scrutatur natiuitatem· et spiritum et uitam rursum cum miseratione reddet uobis· sicut nunc uosmetipsos despicitis propter leges eius sanctas· [24] Porro antiochus existimans contemnisse et exprobrantem dedignans uocem adhuc iuniore superante· non solum uerbis exortationem explebat· uerum etiam iureiurando fidem simul faciebat· diuitem ac beatum effecturum transgressum a patribus legibus et habiturum se amicum et officia crediturum [25] uerum ipso iuuene nequaquam intendente· uocata matre ad se adhortabatur consilio esse puero ad ipsius salutem·

[26] Multis itaque adhortante illo suscepit negotium· quasi persuasuram se filio·

[27] Cumque inclinasset se ad illum et inrisisset tyrannum· cum contemptu sic ait· uoce patria· fili miserere mei que te in utero circumtulli mensibus decem· et lac per triennium dedi· et educaui· et perduxi ad aetatem hanc et nutricem me tibi exhibui· [28] Orate fili respicientem ad caelum et terra quae in ipsis sunt uidentem uniuersa cognoscere· quia non ex his quae erant fecit haec deus sicut hominem genus fecit· et ipse iudicabit orbem terrarum· [29] nec timere carnificem istum sed dignus fratribus te recipiam· [30] Adhuc loquente illa iuuenis ait· quem sustinetis· non oboedio precepto regis· sed obtempero quae data est patribus nostris per moysen legi· [31] tu uero malitiae omnis adinuentor reppertus circa hebreos non effugies manus dei·

[32] Nos enim haec patimur propter peccata nostra· [33] quod si castigationis et emendationis gratia ille uiuens dominus noster. mediocriter iratus est· rursum tamen reconciliabitur suis seruis· [34] tu autem nefariae et omnium hominum sceleratissime· noli in cassum extolli mente superbiens spe incerta ad seruos eius· sed manu leuata· [35] nondum enim omnipotentis atque intuitoris deiudicio effugies· [36] Nunc enim nostri fratres modico dolore tolerato· propter perpetuam uitam testamento dei deputati sunt· uerum tu iudicio dei iusto penas superbiae reportabis. [37] Ego autem sicut fratres mei et corpus et animam dedi pro legibus patris inuocans deum propitium genti nostrae· quo maturiu fieri· et te confiteri adhibitis tibi tormentis et flagellis· quod solus ipse sit deus· [38] Porro autem in me et fratribus meis statuitur omnipotentis iram· quae uniuerso generi nostro iuste inrogata est· [39] itaque rex iracundia percitus· peius adhuc prae aliis huic concurrit acerbe· portans abusionem ipsius· [40] et hic ergo mundus obiit omnifariam fretus domino [41] postremo autem filiorum mater defuncta est;

VI [42] Igitur quae circa extorum contaminationes et summa eorum supplici.a sunt gesta· hucusque narrata sint VIII, [1] uerum iudas· qui et machabeus et qui erant cum ipso inrepente clanculo in castella prouocabant cognatos et his qui perseuerassent in iudaismo· adsumptis collegerunt circiter sex milia uirorum· [2] et inuocabant dominum· ut iam respiceret eum

[24] *contemnisse*, ipsa prima manus, ut apparet, correxit *contemni·se*, puncto ad distinctionem indicandam apposito post rasuram literae *s*.

patribus, rasura et seriori nota conjunctionis correctum *patriis*.

[27] *circumtulli*, abraso primo *l* effectum *circumtuli*, manu seriori hoc probante.

[28] *Orate*, manus serior *Oro te*, quamquam manus serior vel eadem, vel altera antiquior *Orate* ex accentu probaverat, sed iste accentus abrasus fuit.

terra, sic, et vix probabile quod fuerit olim nota compendii pro *m*, quae nunc evanuerit.

hominem, manus serior *hominvm*.

[35] *deiudicio*, 1 manus mutavit *deiudicium*, *m* per compendium scripto, et ex hoc arguo primo fuisse *deiudicio*, quia non solet in media linea compendio hujusmodi uti amanuensis, sed nunc serius abrasa linea compendii, et litera reficta ex parte, ut videtur, esset *deiudicia*. *deiud.* intacta manserunt

[36] *fratres*, sic 1 m., sed super *e* 1 m. nota compendii pro *m*, ut apparet, ceteris relictis.

[37] *sicut*, vel prima vel seriori manu videtur fuisse *sicuti*, sed nunc *i* abrasum fuisset.

maturiu, ipsa 1 manus, ut videtur, vel certe serior, *maturius*.

[38] *iram*, sic, cum compendium pro *m* in fine lineae omnino 1 manus esse appareat.

[42] *supplici.a*, rasura pro unius literulae spatio.

qui conculcaretur ab his populum· misera-
retur etiam templum ab impiis hominibus
profanatum [3] propterea misceretur etiam ip-
sius intereuntis ciuitatis et incipientis solo
quoaequari· et eorum qui proclamarent ad
illum sanguinum uoces exaudiret [4] meminis-
set· Denique paruulorum· qui sine peccato
esset inique perditionis· et earum gratia
quae in nomen ipsius fierent· blasphemiae
seueritatem exerceret· [5] Cumque machabeus
in statu constitus esset et iam a gentibus non
adpraehendebatur ad miserationem · con-
uersa domini iracundia· [6] ciuitates ergo et
castella inopinato superueniens incendebat
oportunos locos recipiens non paucos ho-
stium in fugam conuertens· [7] Presertim au-
tem noctes ad huiusmodi insidias fauentes
sibi captiuat· et opinio fortitudinis animi
ubique diffundebatur [8] considerans· Itaque
philippus paulatim eundem uirum uenien-
tem ad profectum rerum frequentius quo-
que procedentem prosperitatibus ad ptholo-
meum praetorem syriae coeles· et phoeni-
ces litteras fecit ut sibi auxilio esset nomine
regis emissis litteris;

[9] At uero ill. maturus electum nichanorem
patrocli· ex primoribus amicis misit· traditis
nationibus pamphilorum non paucioribus ui-
ginti milibus· ut uniuersum genus iudeae au-
ferret demandauit· Preterea illi etiam gor-
gian uirum pretorem et in negotiis bellicis
experientem· [10] statuit aliam regi nichanor
tributum duo milium talentorum quod ro-
manis praestabat expleturum se ex captiuis
iudaeorum· [11] Confestim itaque ad mariti-
mas ciuitates misit inuitans ad conparatio-
nem· iudaicorum mancipiorum· repromit-
tens nonaginta mancipia· talento se conces-
surum non expectans eam poenam quae il-
lum ab omnipotentem sequeretur·

[12] Cumque iudae perlatum esset de ad-
uentu· nichanoris· et c.mmunicasset cum
his qui cum ipso essent de praesentia exer-
citus· [13] qui formidabant non ut uiri et non
credebant dei uindictae· diffugiebant et in
alios locos seipsos transferebant· [14] alii au-
tem residui omnia distrahebant simul ta-
men rogabant dominum liberaret eos· qui
ab impio nichanore· priusquam comminus
inuicem uiderent uenundati essent·

[15] Et si non propter ipsos· uerum prop-
ter testamenta quod ordinatum erat ad pa-
tres eorum et causa inuocationis quae es-
set super ipsos casti et magnifici nominis
sui; [16] Cumque congregasset macchabeus
eos qui erant circa ipsum numerorum sex
milia hominum· hortabatur non terreri ab
aduersariis· neque uereri earum que iniuste
ad illos uenirent gentes multitudinem· cer-
tare autem fortiter· [17] ante oculos haben-
tes perpetratam iniquorum iniuriam quam
facerent loco sancto· et incluse ciuitatis ue-
xationem; Adhuc etiam maiorum suorum
conseruationis dissolutionem· [18] illi enim
ait fidunt armis simul et audacia· Nos au-
tem in deum omnipotentem qui potest et
illos qui ueniunt aduersus nos· et totum
mundum uno spiritu prosternere confidi-
mus· [19] enumerauit eis praeterea et illas
quae sub maioribus parentibus eorum con-
tigissent opitulationes · Et illam quae sub
sanacherim centum octoginta quinque mi-
lia facta esset perditionem· [20] et illam quæ
in babyllonia aduersus galatas gesta esset
pugnam· qualiter ad hoc negotium conue-
nerint uniuersi numero octo milia· Cum
machedonibus quattuor milium · et mace-
donibus animo consternatis octo illa milia·
tamen centum uiginti milia hominum perdi-
derunt· auxilia quod eis de caelo aduenis-
sent commoda· consecutis poena plurima·
[21] Bono itaque animo eos effectos et para-
tos pro legibus et patria mori quadrifariam
dimisit exercitum [22] constitutis fratribus suis

VIII, [9] *At*, sic ex correctione 1 m., sed fuit primo *Ad*.

ill., nunc et fortasse 1 manu est *ille*, sed ex correctione.

[12] *Cumque, Cum* ex parte refictum manu seriori, ut plura usque ad v. 13 inclusive. Item alibi aliqua, sed nisi mutatio prioris scripturae intercedat, non indico.

c.mmunicasset, nunc *cummunicasset*, cum *u* refictо fortasse ex *o*, et serius ut videtur.

[20] *animo*, *o* in rasura, sed omnino 1 manus videtur, ut ideo non fuerit primo *animis*.

ducibus singularum· classium symonem et iosepho et ionatha· adscriptis unicuique eorum mille quingentis· [23] insuper et hesdran secto sacro libro et dato signo diae ad auxilium primae coortis ipse ductor commisit cum nichanore, [24] Cumque auxiliator fuisset illis omnipotens deus interfecerunt hostium supra nouem milia· saucios autem et membris debilitatos maiorem partem exercitus nichanoris reddiderunt· fugire etiam quoegerunt [25] pecunias quoque eorum· qui conuenerant ad conparationem illorum inuaserunt· Et cum persecuti eos fuissent satis longe reuersi sunt quod concluderentur· hore conditione· [26] Erat enim pridie sabbatum ob quam causam longius ire non perseuerauerunt· consectantes eos [27] armisque eorum lectis et spoliis hostium exutis· circa sabbatum erant satis superque sacerdotes benedicentes et confitentes domino qui conseruauit eos in hunc diem initium miserationis instillante illis de caelo· [28] Post sabbatum autem· qui uexati erant et uiduis et orfanis portione de spoliis data ipsi residua partiti sunt· [29] His igitur ita gestis et communi obsecratione habita misericordem dominum rogabant in finem usque reconciliari suis seruis· [30] Illi autem qui erant circa timotheum et bacchiden· confligentes plusquam uiginti milia ex ipsis interfecerunt· et spolia plura diuiserunt paribus portionibus factis cum his· qui uexati erant et populis et uiduis· adhuc autem et senioribus [31] conlectisque omnibus armis eorum uniuersa conposuerunt locis idoneis· residua autem spoliorum adtulerunt hierusalem [32] ipsum autem principem nationis eorum· qui erant circa timotheum interfecerunt uirum nefarium· et qui in multos iudeos contristasset [33] ob uictoriae gaudium· Celebrata lætitia in patria eos qui succenderant sacras ianuas· callistenen succenderunt· cum refugisset in domus superiora· et dignam impiaetatem et coedem Ab eo receperunt· [34] Porro autem trifurcifer nichanor qui negatiatiores mille ad uenditionem iudeorum· adduxerat [35] prostratus· ab his qui secundum ipsum existimabantur exigui esse domini auxilio deposita ueste clara per mediterraneam fugitiui more solitarius effectus antiochiam uenit· Super modum rebus prospere gestis mulcato exercitu· [36] et qui romanis tributum redigere sed de captiuis qui essent in hierusolymis sposponderat praedicabat propugnatorem iudeos habere· et hoc modo inuulnerabiles iudeos esse· eo quod sequantur eas· quae ab ipso imperate sunt leges· IX, [1] Per illud tempus regressus erat antiochus· inhoneste de locis que sunt circa persidem· [2] introierat enim eam que appellatur persopolis· et adgressus fuerat sacrilegium facere· et ciuitatem euadere· quapropter impetu facto multitudine ad auxilium armorum pulsi sunt· et contigit in fugam uersum antiochum ab indigenis turpiter regredi· [3] Cumque esset circa egbathana· nuntiata sunt ea quæ accidissent nichanor . . · ab his qui cum timotheo erant [4] sublatus igitur iracundia arbitrabatur etiam illorum qui eum fugassent· culpam iudeis se infligere Idcirco quae praecepit aurige sine intermissione iumenta agmin maturare iter comitante sibi celesti iudi-

[23] *coortis*, alterum *o* supplet 1 m. supra.

nichanore, super *e* nota compendii; fortasse *c* pro *e* erat primo, et *cum* voluerat amanuensis; vel si *e* totum primae scriptionis est, amanuensis dedit *nichanorem*. Sic postea interpunctio ex codice.

[29] *igitur*, primum *i* ex *r* effictum, et antea erasum *e*, ut apparet.

[31] *idoneis*, literae *idon* prima manu ex alia voce refictae, quae videtur fuisse *illius*.

[33] *domus*, sic ut apparet, sed *s* eraso ipsa prima manus, ut videtur, effecit *domum*, nihil mutans sequentis vocis.

Ab, in initio columnae est, ideoque *A* majusculum, quod deinde erasum fuit, alio non substituto.

[34] *negatiatiores*, super primo *a*, ipsa 1 manus, ut videtur, superscripsit *o* (*negotiatiores*).

[36] *sposponderat*, erasa fuit secunda litera *s* (*spoponderat*).

quae, *ae* refictum 1 manu, ut apparet, et super *e* nota est compendii, licet in media linea.

IX, [3] *egbathana*, ultimum *a* erasum.

nichanor.., vel duo *ii*, vel *u* erat in fine, nunc locus male habitus et semiabrasus.

cio· ita enim superbae· dixit poliandrium
iudeorum hierusolyma facere cum illo ue-
nisset· 5 Porro autem omnium intuit.r do-
minus deus israhel percussit eum insana-
bili et inuisibili plaga· ipsum ergo quod
consummauit sermonem arripuit eum atrox
uiscerum dolor et acerbintestinorum cru-
ciatus· 6 perquam iuste eum· qui multis et
nouis calamitatibus aliorum uiscera crucia-
uit· 7 At uero ille nequamquam superbia
ignem spirans animis aduersus iudeos· et iu-
uenes festinari iter contigit· praeterea etiam
haec cogitanti cadere eum de curru dum
fertur impetu et molestissimo prolapsu ac-
tum uniuersis membris debilitari· 8 Ille
ergo modo qui putabat se maris fluctibus
imperare· propter iactantiam quae super
hominem esset· et latitudines montium exi-
stimabat se maioribus altitudinibus· erigere
in terra constitutus portabatur in lectica
ostentante deo uniuersis suam manifestam
uirtutem· 9 Ita ut etiam de corpore ipsius
impii uermes efferuerunt· et uiuenti ei in
doloribus et meroribus carnes diffluerent·

10 Odore quoque eius· totus exercitus
grauaretur foetore· et eum qui paulo ante
celestia sidera contingere sibi uidebatur ge-
stare· nemo posset propter grauitudinem
pudoris intolerabilem·

11 Eodem itaque loco coepit multum de
superbia refractus ad intellectum perue-
nire diuino uerbere per momenta sentiens
doloris additamenta· 12 et nec ipsæ odorem
suum potens tolerare haec ait· Iustum et
subditum deo esse· et non sapere deo pa-
ria mortalem constitutum· 13 orabat autem
ille pollutus dominum qui iam non esset
misericordiam praestaturus illi sic dicens·
14 Sanctam quidem ciuitatem quam festinato
ueniebat aequam solo reddere· et polian-
drium struere liberam pronuntiare 15 iu-
deos autem quibus decreuerat ne sepultu-
ram quidem indulgere· porro laceratos aui-
bus cum paruulis abicere feris bestiis uni-
uersos aequales atheniensibus facere· 16 et
quod prius spoliauerat templum pulcher-
rimis donis exornare· et sancta uasa multi-
plicata cuncta reddere contemnentes quo-
que sacrificiis certas quantitates de suis
propriis redibus praestare· 17 super hæc se
etiam iudeum futurum esse· et omnem lo-
cum habitabilem circumiturum· annuntian-
tem dei secundum imperium· 18 Nequaquam
ergo cessantibus doloribus aduentauerat·
namque illi iustum dei iudicium et despe-
ratis circa se omnibus· Primum scripsit rex
ad iudeos epistolam quæ subiecta est pre-
cum uicem optinentem· Porro haec in se
habentem 19 iudeis bonis meis ciuibus plu-
rimam salutem· et gaudium et perpetuam
felicitatem· Rex et praetor antiochus 20 si
ualetis maximam de his gratiam habemus·
21 ego uero infirmor eram· uestri autem
memineram cum adfectione regrediens de
locis quae sunt circa persidem· et infir-
mitate adprehensus hi molestissima neces-
sarium esse existimaui curare communem
omnium tutelam 22 non desperans de me
sed habens maximam spem effugiendi in-
firmitatem· 23 Porro ante oculos habens·
quia et pater meus per illa tempora· hi
quibus in loca superna dux exercitum de-
signauit successorem suum· 24 ut si forte
aliquid fuisset nuntiatum aliquid pernitio-
sum scientes hi qui essent in unaquaque
regione· Cui res relictæ essent non per-
turbarentur· 25 ad haec autem considerans
proxima regna inhiantes temporibus et ex-
pectantes quo res quo res euadat· Desi-
gnaui filium meum antiochum regem quem
frequenter excurrens ad superiores satra-
phas· plurimis uestrum commendabam et
commendans· scripsit ad eum quae sub-
scripta sunt· 26 Oro ergo uos et peto me-
mores beneficiorum meorum communiter
et seorsum singulos· conseruare hanc be-

* 5 *intuit.r*, nunc ex refictione nescio cujusnam manus est *intuitur*; sed primo fortasse erat *intuitor*.

acerbintestinorum, sic ex concursu duorum *ii*.

14 *Sanctam*, per compendium scriptum, quo infra in versiculo 16 *sancta* exaratur, nec vox est in fine lineae.

23 *dux*, super *x* lineola 1 manus est; fortasse imperfecte *ducem* voluit corrigere.

25 *quo res* 1°, erasum.

neuolentiam· quam habetis circa me et filium meum· [27] confido enim eum modeste et humane hi meam sequentem uoluntatem adsentari uobis· [28] Ille ergo sicarius et blasphemus pessima perpessus· sicut alios tractauit loco peregre in montibus miserabile leto uitam finiuit· [29] Deferebant autem corpus eius philippus collactaneus eius qui etiam ueritus filium antiochi ad ptholomeum philometorem in aegyptum corpus adtulit·

X, [1] Macchabeus uero· et qui erant cum eo domino praeeunte illos· templum quidem receperunt· et ciuitatem· [2] aras autem circa forum ab alienigenis per uicos instructas insuper etiam templa demolierunt· [3] et emundato templo aliud altare fecerunt· Cumque ignissent lapides· et cum ex ipsis ignem sumissent· obtulerunt sacrificia et incensum et pannum propositionem fecerunt· [4] Quibus perfectis rogauerunt dominum prostrati in terram· iam non incidere in haec mala· sed etsi aliquando peccauerint ab ipso cum clementia emendari et non tradi blasphemis et barbaris gentibus· [5] Quo autem die templum ab alienigenis profanatum est· contigit per ipsum diem fieri emundationem templi quinta et uigesima diae eiusdem mensis· qui est casleu· [6] et cum laetitia domino agebant

Dies octo tabernaculorum more memores qualiter ante modicum temporis diem festum tabernaculorum in montibus speluncis ritus ferarum agebant· [7] quapropter tyros et ramos pulchros adhuc palmas habentes eum qui prosperabit emundari suum locum· [8] precantes destinauimus cum imperio communi et decreto cunctam iudeorum gentem quodannis agere dies hos· [9] Et illa quidem que ad mortem antiochi qui est appellatus inlustris· spectarent ita habuerunt·

VII [10] Nunc uero quae circa antiochum eupatorem filium autem illius impii gesta sunt· narrabimus ipsa illa breuiantes quae continent bellorum mala [11] hic etenim suscepto regno constituit prefectum negotiis lysian quendam· Porro autem siriae coeles itemque phoenices praetorem primarium· [12] ptholomeus namque qui dicebantur macron· quod iustum esset uolens conseruare propter iniuriam· quae iudeis facta erat· enitebatur quæ ad illos spectarent· pacifice explicare· [13] Quapropter dum accusatur ab amicis apud eupatorem et proditor· ad singula quaeque audit· eo quod cyprum creditamque sibi a philometore abreliquisset et ad antiochum inlustrem transitum fecisset· ueneno austo uitam consumpsit· [14] Gorgias autem prætor eorundem locorum peregrinum exercitum exhibebat· et ad singula momenta aduersus iudeos bellum instruebat· [15] atque una cum ipso etiam idumei obtinentes oportuna et munita castella· exercebant eos· Et adsumptis illis qui refugerant ab hierusolymis bellum parare temptabant· [16] ad uero hii qui circa machabeum erant obsecratione perfecta· et rogato deo ut esset illis auxiliator· ad castella idumeorum fecerunt impetum [17] atque cum aetiam accesissent fortissime eosdem locos optinuerunt et uniuersos qui pugnabant in muris morte adfecerunt trucidantes cunctos qui in manus incidissent· et interfecerunt non minus uiginti milibus· [18] Cumque confugissent non pauciores nouem milibus in duas turres satis munitas· et omnia habentes [19] ad locos urguentissimos· relictis symone et iosepho itemque zaccheo· et his qui erant cum illo sufficientibus ad horum expugnationem ipse discessit· [20] At uero illi qui circa symonem erant auaritia perculsi· a quibusdam qui erant in turri-

[26] *beneuolentiam*, manus serior voluit, ut apparet, *benivolentiam*.

[28] *perpessus*, sic ex correctione 1 manus; primo fuit *perpersus*.

miserabile, 1 manus, ut apparet, correxit *miserabili*.

X, 1. *Macchabeus*, super secundo *c* manus 1 punctum scripsit, ut reprobaret, puto.

[3] *pannum*, prius *n* abrasum.

[5] *emundationem*, manus serius videtur voluisse *et mundationem*.

[12] *dicebantur*, *n* erasum.

[20] *At*, ex *t* effictum *d* (*Ad*), ut ex forma ipsa videtur, omnino autem utraque scriptura primae manus est.

bus sollicitati sunt pecunia· et acceptis
dragmarum septuaginta milibus passi sunt
quosdam diffluere per fenestras turrium·
21 Cumque nuntiatum esset· macchabeo quod
gestum erat congregatis ductoribus populi
accusauit· qualiter accepta pecunia uendi-
derint fratres suos· hostibus dimissis· con-
tra eos· 22 hoc ergo qui fuissent proditores
interfecit· Et confestim illas duas turres coe-
pit 23 armisque per omnia quae in manibus
essent prospere currentibus· perdidit in ca-
stellis duobus plures uiginti milibus ho-
minum·

24 Timotheus uero qui antehac uictus
fuerat· iudeis collectis inimicus peregrinis
exercitibus plurimis· et his qui fuissent
asiae congregatis non paucis aequis ad-
uentabit tamquam armis captiuam pos-
sessurus terram iudeam;

25 Porro qui circa machabeum erant ad-
propinquante illos ad obsecrationem dei
aspersis terram capitibus suis· et ciliciis
lumbos accincti 26 prostrati super crepidi-
nem quae erant contra ipsum altare· Ro-
gabant propitium factum illis deum inimi-
citias exercere cum inimicis eorum· et ob-
sistere aduersariis eorum· sicut lex decla-
rat· 27 Digressi autem ab obsecratione sum-
ptis armis processerunt a ciuitate plurimum·

Et cum adpropinquassent hostibus circa
se ipsos erant· 28 mox autem lucis diffunde-
batur hortus· commiserunt pugnam utrum-
que hi quidem desponsionem habentes pro-
uentus et uictoriae cum uirtute eius quod
in dominum est refugii· ad uero illi ducto-
rem certaminum constituentes animum suum

29 Cumque ualidissimum gereretur prae-
lium apparuerunt aduersariis de celo super
aequos aureis frenis ornatos· uiri quinque
satis decori ductores iudeorum 30 qui etiam
macchabeum· in medium sui adsumptum·
et protegentes cum suis armis inuulnera-
bilem conseruabant Porro autem in aduer-
sariis sagittas et fulmina iacebant· qua-
propter confusi caligine cedebantur turba-
tione pleni· 31 et interfectas sunt animas
hominum ·uiginti milia· et quingenti ae-
quites autem sexcenti· 32 Ipse uero timo-
theus confugit· in id quod dicitur gazara
munitum praesidium prefecturam habente
illic cerea· 33 Porro autem qui cum duce
machabeo erant leti obtulerunt sederunt
hoc idem praesidium diebus quattuor· 34 Ue-
rum illi qui intus erant uniuersi munitio-
nis ipsius loci plusquam satis erat; 35 Lu-
ciscente autem quinto die iuuenes uiginti
ex eis qui cum macchabeo erant accensis
animis propter conuitia muros uiriliter ad-
gressi· et ferali animo eos qui incidissent
cedebant; 36 Alii uero similiter com conscin-
dissent muros· in illa destinatione quae es-
set contra eos qui essent intus incende-
bant turres· et conprehendentes piras ui-
uos cremebant illos blasphemos· Alii au-
tem porta.s concidebant recepto exercitu
residuo repserunt in ciuitatem· 37 et timo-
theum absconsum in quodam lacu iugulaue-
runt· item fratrem ipsius chaeream et apollo-
fanem 38 hisque perfectis cum hymnis et
confessionibus benedicebant deum qui ma-
gnifice adficeret beneficiis ipsum israhel et
uictoriam prestantem seruis suis· XI, 1 Et
post modicum perquam tempus lysias pro-
curator regis nihilominns et cognatus· et
qui praeesset negotiis egere nimis ferens ea
quae accidissent;

VIII 2 Congregatis octuaginta milibus hominum
ueniebat aduersus iudeos· cogitans ipsam
quidem ciuitatem habitaculum paganorum
constituere·

25 *aspersis*, ex rasura, ut apparet, casuali nunc videretur *aspersii*.

30 *confusi*, *con* erasum, ut vix certa vestigia literarum remanserint.

31 *interfectas*, *s* semiabrasum, sed videtur casu.

33 *leti*, supra lineam suppletur 1 manu.

35 *cedebant*; 36 *Alii vero si*, in rasura, sed 1 m. et in spatio regulari.

36 *com*, 1 manus, ut videtur, superscripta *v* correxit *cum*.

porta.s, erasa fuit inter *a* et *s* litera una, quae videtur fuisse *n*.

38 *perfectis*, super primo *e* nota, quae compendio indicando inservit, sed vox plena scripta regulariter.

XI, 1 *perquam*, abrasum.

[3] Porro autem uectigali obnoxium templum· sicuti cetera gentium templa uenele· praeterea per singulos annos sacerdotium dei facere [4] nequaquam recogitans dei imperium sed animatus my... ibus peditum et milibus aequitum et elephantis octoginta; [5] Cumque ingressus esset iudeam et adpropinquasset bethsura munito quidem loco distantem autem ab hierusolymis circiter stadiis quingentis hunc deprimens surgebat· [6] Et mox cognouerunt qui erant cum macchabeo· expugnare illum castella· cum lacrimis et fletibus deprecabantur dominum cum omni multitudine ut bonum angelum mitteret· ad salutem israhel· [7] Ipse autem primus macchabeus sumptis armis adhortatus est ceteros simul secum periculum subire et auxilium fratribus prestare· uno quoque ac potenti animo progressis [8] ibidem autem apud hierusolymam constitutus apparuit· antecedens eos aeques in ueste alba· arma aurea quatiens [9] simulque cuncti· cum benedixissent misericordem deum· uegitati sunt animis iter faciebant· nec solum homines parati trucidare· uerum etiam ferocissimas bestias· et ferreos muros parati pulsare· [10] Accedebant disposita aciæ eum qui de caelo est habentes propugnatorem misericordiam prestaturo eis deo· [11] Impetu denique· leonum inruentes hostibus strauerunt ex ipsis milia uirorum undecim· aequites etiam mille sexcentos uniuersos preterea fugire coegerunt· [12] et plures eorum saucii euaserunt nudi· Ipse quoque inimicus lysias turpiter fugiens euasit· [13] non tamen sine sensu· homo aput semetipsum reputans quod acciderat ei infortunium· et considerans inuictos esse hebreos auxiliante illis potentissimo deo· Cum ad eos misissset [14] persuasit eis conponere iuxta omnia quæ iuxta essent· et quia regi persuasurus esset· ut necessarius eius amicus fieret· [15] adnuitque machabeus omnibus que lisias rogabat sollicitus de eo quod ipsis expediret· quaecumque macchabeus scripto tradidit lysiae de iudeis concessit rex· [16] erant enim scriptae iudeis epistole a lysia quidem continentes formam hanc· Lisias plebi iudeorum salutem· [17] iohannes et abesselon· qui misi sunt adsignato qui subiectum est rescripto desiderauerunt· ea que hoc eodem significantur [18] quaecumque ergo oportebat etiam ad regem referri manifestaui· quae uero ipsa res patiebatur concessi

[19] Siquidem ergo exhibueritis beniuolentiam· rebus etiam de cetero cognitar uobis auctor bonorum existere [20] deque his et illis quae pertinent ad singulas species mandaui et istis et qui sunt missi a me tractare uobiscum· [21] Ualente· anno centesimo octauo dioscorindis uigesimo quarto die· [22] Porro autem regis epistola continebat haec· rex antiochus fratri lisiae salutem· [23] patre nostro adeos translato uolentes eos qui ex regno sunt intrepidos perseuerantes conuerti ad rerum propriarum curam· [24] Cum audissemus iudeos non consentire secundum patris mei praeceptum ad obseruationem ritus grecorum· sed portionem ducentes suam inductionem desiderare concedi sibi propria sollemnia [25] cupientes hanc quoque gentem extra tumultum decreuimus· Templum etiam restituere eis resque eos agere iuxta antiquorum suorum morem [26] optime itaque feceris· mit-

[3] *uenele*, ipsa 1 manus, ut videtur, superscripto *a* correxit *uenale*.

[4] *my....ibus*, nunc scriptis in rasura literis manu seriori *mynutibus*; spatium ferret *myriadibus*, sed apparet ex ratione rasurae nunquam extitisse literam *d*.

[7] *progressis*, *s* ultimum initio lineae scriptum erasum fuit.

[8] *hierusolymam*, puncto supra et infra *m* appicto prima manus correxit *hierusolyma*.

[9] *deum*, in extrema parte vocis per compendium scriptae rasura, ut suspicari liceret fuisse dominum; sed spatium et ratio compendii *deum* primo fuisse indicant.

[17] *abesselon*, ipsa 1 manus corrigit *abessalon*.

[18] *patiebatur concessi* [19] *Siquidem ergo exhibueritis*, magna ex parte in rasura, sed 1 m., spatium regulare.

[23] *adeos*, sic codex pro *ad deos*.

[24] *ducentes*, erat primo *ducentos*, sed ipsa 1 manus correxit *ducentes*.

tendo ad illos et dando eis dextras cognita
uoluntate nostra bona animo sint· et iu-
cundam uitam decant dum fruuntur suis
rebus· [27] Ad ipsam autem gentem talis fuit
regis epistola· Rex antiochus senatu iudeo-
rum· et ceteris iudeis salutem·

[28] Si ualetis proueniet ut uolumus ipsi
quoque ualemus· [29] Pertulit ad nos mene-
laus uelle uos degressos agere in suos
quemque [30] his igitur qui degredientur us-
que ad tricesimam diem mensis sandici erit
dextera inpunitatis [31] uti propriis sumptibus
ac legibus sicut antea· et nullus ipsorum
ullo modo inquietabitur de his que per
ignorantiam gesta sunt· [32] misi praeterea
etiam menelaum adhortaturum uos· [33] An-
no centesimo quadragesimo octauo xandici·
quintadecima die mensis· [34] nihilominus et
romani miserunt ad illos epistolam haben-
tem hunc modum· Quintus memmius· ty-
tus· mamius· legati ....norum plebi iudeo-
rum salutem; [35] his quaecumque ... lisias
cognatus regis concessit uobis· nos quoque
consentimus· [36] quae autem iudicauit referre
ad regem· conmune mittite aliquem confe-
stim tractu habito de his ut enarremus si-
cut oportet uobis·

Nos enim præcedimus antiochiam· [37] qua-
propter festinate et scribite et mittite ali-
quos ut nos quoque cognoscamus· cuius
sententiae sitis [38] ualete;

Anno centesimo quadragesimo octauo dio-
scoridis quintadecima die mensis· XII, [1] cum-
que perfecta esset pax· lysias quidem ibat
ad regem iudei autem ad culturas agro-
rum conuertebantur· [2] Porro loci cuiusque
praetores· timotheus et appollonius genni·
adhuc etiam hieronimus et demophon· et
super haec nichanor princeps syrorum non
sinebant eos conpositos et quietos esse
[3] ioppite· Praeterea tale scelus perpetaue-
runt adhorti eos qui habitabant penes illos
iudeos conscendere cum coniugibus ac li-
beris scaphas quas ipsi adplicauerunt· tam-
quam nullam aduersus eos malitiam exer-
cerent· [4] Uerum iuxta commune ciuitatis
decretum hoc facerent· et hi excoepissent
istam rem utpote· qui pacem obtinere cu-
perent· .. et nihil suspectum haberent·
prouectos in altum submerserunt· cum es-
sent non pauciores· ducentis· [5] Cognita au-
tem iudae quae in eiusdem gentis homines
admissa fuerat crudelitas· signo dato his
qui circa ipsum essent uiris· [6] et inuocato
iusto iudice deo uenit ad consceleratos fra-
trum sanguine· et portum quidem noctu in-
cendit· et scaphas· conflammauit· eos autem
qui illo confugerant confodiit [7] ipso quo-
que loco concluso regressus est· tamquam
iterum uenturus· et uniuersum ioppitarum
funditus euersurus municipatum· [8] Cum-
que cognouisset etiam illos qui aput iam-
niam agebant similia perpetrare uelle circa
incolas iudeos [9] iamnitas quoque nocte ad-
hortus ... succendit portum cum classe·
ita ut conspiceretur lumen ignis apud hie-
rusolyma· cum interiacebant· stadia ducen-
ta· quadraginta· [10] Cumque inde prorepsis-
sent stadia nouem facerentque iter ad ti-
motheum adgressi sunt eum arabes circiter
quinque milia· aequites autem quingenti·
[11] Et cum fuisset ualida pugna commissa
et hii qui circa iudam erant per auxilium
dei rem prospere gessissent· uiti nomades
rogabant iudam· ut dexteras eis daret pol-
licentes et pascua praestaturos se et in ce-
teris profuturos eis· [12] Iudas autem arbi-
tratus eos tamquam uere in multis utiles

[34] *....norum*, erasae literae fere quinque; sed ipsa 1 manus, ut videtur, *romanorum*, cum *n* supra lineam scripta 1 manu sit certo.

[35] *lisias*, ante hanc vocem rasura trium fere literarum, si tamen scriptura fuit.

[37] *mittite*, primum *t* supplet 1 manus, ut apparet.

XII, [4] *utpote*, sic 1 scriptura, ut apparet, sed ipsa 1 manus refinxit *utpute*.

cuperent, post vocem rasura voculae *et*, ut apparet, quae bis scripta fuerat.

[5] *eiusdem*, super *e* nota compendii, sed *m* primae scriptionis est.

[8] *iamniam*, *m* finale per compendium licet in media linea, sed 1 m.

agebant, super *e* nota, quae compendio inservit.

[9] *adhortus*, post vocem rasura fere trium literarum.

futuros· concessit pacem habere cum eis· Et acceptis dexteris· in tabernacula discesserunt.

[13] Adgressus est praeterea· etiam ciuitatem quandam munitam et muris conseptam et promiscarum gentium multitudinis celebrem· nomine autem caspen·

[14] Porro autem qui erant freti morurum tutamine· et utensilium annona abundante contumeliosus augebant· cum his qui erant circa iudam maledicentes insuper etiam blasphemantes quae nefas sit· [15] At uero hi qui erant circa iudam cum inuocassent illum magnum exercentem potentatum mundi qui sine arietibus et macchinis organicis praecipitem dedit hiericho temporibus iesu inuaserunt muros ferarum uice· [16] captaque ciuitate domini uoluntate inenarrabiles operati sunt caedes· ita ut adiacens palus latitudinis duorum stadiorum influente sanguine uideretur repletam· [17] In die autem cum prorupissent stadia quingenta quinquaginta· proruperunt in characcem ad eos qui dicuntur tubiaceni iudea· [18] et timotheum quidem in ipsis locis conprehenderunt plane sine ullo affectu de eisdem locis degressum relicto praesidio in quodam loco quod munitum perquam esset· [19] Dositheus uero ac sosipater qui erant ex ducibus macchabei expeditione agitata· perdiderunt eos· qui relicti a timotheo fuerant in eodem castello plures quam decem milia uirorum· [20] Porro macchabeus disposito exercitu suo per quohortes constituit eos in ordines et sic ad timotheum tetendit· habentem secum centum uiginti milia peditum· aequitum autem duo milia· et quingentos ; [21] Uerum cognito aud..uentu iudæ· timotheus praemisit coniuges ..ac liberos· et residuum apparatum ad id quod uocatur carnion· erat enim et expugnatione· et accessu difficili propter angustias quae ex omnibus locis essent, [22] Cumque apparuisset chorus iudæ primi et accidisset hostibus trepidatio timorque ex illius· qui cuncta persciuit inlustratione quae proueniebat eis fuge se dedederunt· alios alio tendentes· ita ut frequenter a suis lederentur· et gladiorum suorum mucronibus configerentur· [23] prorsus autem iudas consectabatur eos uehementius obtruncians facinerosus et disperdidit circiter trigiuti milia uirorum· [24] Ipse uero timotheus cum incidisset in eos qui erant cum dositheo et sosipatro· rogabat cum adolatione magna dimitterent se uiuum· Eo quod multorum quidem parentes quorundam autem fratres haberet· et contingeret horum curam non haberi· [25] Pluribus quoque offirmante illo fidei placitum redditurum hos inlesos dimiserunt eum· salutis fratrum causa [26] progressusque iudas ad illud carnion· et atargation· trucidauit corporum uiginti et quinque milia· [27] Post horum autem fugam et perditionem tulit arma et aduersus· æphron· ciuitatem munitam in qua habitabat lisias et omnis nationis nationis multitudo iuuentus quoque robusta pro muris constituta fortiter repugnabant· ibidem tormentorum et telorum magnum instrumentum erat· [28] Cumque inuocasset illum potentem qui cum ui obterit hostium uirtutes subegerunt ciuitatem· et strauerunt ex illis quibus fuerant circiter uiginti et quinque milia hominum· [29] digressique inde perrexerunt scitopolyn distantem ab hierusolymis stadiis sexcentis· [30] Cumque testimonium prohibuissent qui habitabant illic iudei· quam scitopolitani exercuerant circa illos beneuolentiam etiam felicitatis temporibus

[12] *dexteris*, sic 1 scriptura, sed ipsa 1 manus, ut apparet, mutavit *dexteras* (sio).

[14] *morurum*, 1 manus ipsa correxit *murorum*; *ru* item refictum fuit ex parte, sed 1 manu, ut apparet.

[17] *iudea*, manus, quae serior videtur, correxit imperfecte *iudei*.

[21] *aud..uentu*, abraso etiam *u* priori factum est *aduentu*; unane, an duae literae post *d* abrasae fuerint, non liquet.

coniuges, post vocem duae fere literae abrasae, fortasse *et*.

[26] *atargation*, 1 manus mutavit *adargation*, vel *ad argation*, si divisim legit vocem in codice continue scriptam.

[27] *nationis* 2°, abrasum.

tranquillam prouenturam [31] gratias egerunt·
et adhortati etiam in ceteris generi ipso-
rum benignus perseuerare·

Uenerunt hierusolyma die festo ebdoma-
dum paschae in proximo constituto;

VIIII [32] Post haec ergo quae appellatur pen-
tecoste die perrexerunt ad gorgiam prae-
torem idumeae· [33] et processerunt cum tri-
bus milibus peditum· aequibus autem qua-
dringentis· [34] directa acie et contigit cadere
paucos iudeorum· [35] Porro dositheus qui-
dam ex tubiacenis aeques uir magnus for-
tis imminebat gorgiae cumque adpraehen-
disset clamidem eius ducebat eum uali-
dissime uolens eundem maledictum capere
uiuum· uerum quidam ex tracibus aequi-
tibus inruente in eum· et amputato hu-
mero eius euasit gorgias et fugiit in la-
resam

[36] Illis uero qui erant circa hesdria.· diu-
tius pugnantibus ac fessis inuocato domino
iudas auxiliatorem et ducem proelii· eum
apparere· [37] hoccoepit patria uoce hymnos
cum clamore in eos qui erant cum gorgia
conuertit eos in fugam· [38] Iudas autem re-
cepto exercitu uenit in ciuitate modolam·

Nihilominus imminente hebdomade more
solito castificati ibidem· sabbatum transie-
bant· [39] Sequenti autem diae uenerunt ad
iudam quo tempore necessarium fuit· cor-
pora eorum qui ceciderant colligere· et
cum cognatis recondere paternis sepul-
chris· [40] et inuenerunt in unoquoque mor-
tuorum sub tunicis· dona simulacrorum
quae apud iamniam fuerant· A quibus lex
iudeos prohibet· omnibus itaque palam fa-
ctum est· propter hanc eandem causam
hos ruisse· [41] uniuersi ergo cum benedi-
xissent· illa iusti iudicis domini misericor-
dia eius· qui occulta in lucem producit
[42] ad obsecrationem conuersi sunt· Et ro-
gauerunt ut propter illu. quod acciderat
deleretur ex integra· peccatum· Porro au-
tem fortissimus iudas· multitudinem horta-
tus est seruare seipsos inculpatos· quando
coram uiderint quae acciderant propter il-
lorum qui strati sunt peccatum [43] Conla-
tamque uiritim pecuniam argenteam circi-
ter duo milium dragmarum· misit hieruso-
lyma offerre pro peccato sacrificium· ni-
mium bene et subtiliter agens de resur-
rectione secum reputans· [44] nisi enim eos
qui occubuerant resurgere arbitraretur· ex
habundanti esset pro mortuis orare· [45] Con-
siderans his· qui cum impiaetate dormis-
sent optimum recondi gratiae donum et
sanctam cogitationem; Unde pro mortuis
exorare ut absoluerentur peccato

X XIII, [1] Noxo autem . . quadragesimo· et
centesimo anno· cognouit iudas antiochum
eupatorem uenire cum multitudine in iu-
deam· [2] et cum ipso lysian procuratorem
et qui esset super negotia extrinsecus ha-
bentem exercitum peditum centum decem
milia et aequitum . . . . quinque milia tre-
centos· et lephantos uiginti duos· et cur-
ros falcatos trecentos [3] quibus miscuit se
etiam menelaus· et rogabat . . . . an-
tiochum cum magna ironia non ob salu-
tem patriæ sed existimans restituisse in
suum officium· [4] Porro autem rex regum
excitauit iracundia antiochi aduersus hunc
facinorosum· lysia quoque ostende hunc
reum esse· omnium malorum· precepit si-
cut mos est· ut certo loco perderet eum·
adductum beroæam· [5] Est autem in eo loco

[32] *haec*, 1 manus mutavit in *hanc*.
gorgiam, rasura mutatum in *gorgian*.

[36] *hesdria.*, erasa una litera, *n* ut videtur, et ipsa prima manus correxerat *hesdriam*.

[38] *ciuitate modolam*, sic legit codex ratione habita ejus scripturae.

Codex *hebdomade* | *ore* cum nota compendii super *e* pro *m*; ut ex aliis locis suspicari licet, etiam hic apparet ex codice continuae scriptionis errasse amanuensem.

[40] *fuerant*, sic 1 manus ipsa, quae primo scripserat *fuerat*.

[42] *illu.*, nec liquet utrum *illum*, an *illud* fuerit, rasura enim nunc effictum *id*.

XIII, [1] Post *autem* rasura, videtur fuisse *et*.

[2] *aequitum*, postea rasura quatuor fere literarum.
lephantos, manus 2 *elephantos*.

[3] *rogabat*, postea rasura septem fere literarum.

[4] *iracundia*, manus 1 fortasse nota compendii superscripta, quae nunc incerta est, voluit *iracundiam*.

turris quinquaginta ulnarum plena cinere· nihilominus haec machinamentum habebat introrsus deuexum praeceps ad cinerem [6] undique uersum hunc· sacrilegii reum· uel si quid aliud amplius mali operatum· inpellunt· cuncti ad interitum [7] huiusmodi leto istum sceleratum mori contigit· ne terram quidæm adeptum menclaum· perquam iuste· [8] quoniam quidem perpetrauit circa aram multi facinora· cuius ignis castus erat· et cinis in cinere mortem reputauit· [9] Sensibusque rex efferatus ueniebat peiora eorum· quae sub patre ipsius facta erant iudeis inrogaturus· [10] his autem cognitis iudas precepit multitudini per diem et noctem inuocare dominum sicut semper· Et nunc auxilium referre his qui lege et patriae et templo sancto priuari inciperent· [11] et eum populum qui nunc primum modicum refrigerasset et non pateretur blasphemis gentibus· subdos fieri. [12] Cumque hoc idem uniuersi fecissent et rogassent deum misericordem cum fletu et ieiuniorum prostrationibus per triduum sine intermissione adhortatus eos iudas praecepit adesse [13] seorsum autem progressi disponerent· et dei auxilio res committerent· [14] Cumque promisset gubernatione conditori mundi hortatus eos qui erant cum ipso fortiter dimigare usque ad mortem· Porro legibus templo ciuitati patria ciuili conuersatione circa emmodim nihilominus metatus est castra· [15] Cumque signum his qui cum ipso erant dedissent uictoriam dei eligens aristidem cum iuuenibus fortissimis lectissimisque misit per noctem ad agmen· et fossatum antiochi regis· interfecitque circiter quattuor milia uirorum et ipsum primarium elefantorum cum illo qui curam intra domum eius agebat· interfecerunt· [16] et postremo castra turbatione et metu conplenit· digressique sunt cum uictoria rebus prospere gestis· [17] porro luciscente iam diae hoc gestum erat auxilium ferente his .. protectione dei· [18] Rex autem antiochus accepto gustu audacie iudeorum adtemptauit· remediis eosdem locos· [19] et ad bethsura castellum iudeorum munitum accedebat· pellebatur pulsabat machinis minora faciebant· [20] His uero qui erant intus iudas misit que necessaria erant· [21] nihilominus detulit· hostibus secretiora consiliar· hodocus ex officio iudaico requisitus et adpræhensus inclusus est· · [22] secundo sermone usus est rex ad eos qui erant a betsuris dextera accepit· deditque pacem et digressus est· Committebat pugnas cum his qui erant cum iuda· et uictus referebat minora [23] Cognouit furiose philypphum agere apud antiochiam quae relictus fuerat praepositus negociis confusus est· iudeos rogauit· subiectos est· et iurauit quamplurimis conditionibus pactus est· et sacrificium obtulit· Honorauit templum et ipsum templum humaniter tractans donis ornauit [24] macchabeum excoepit· et reliquid praetorem ab tholomaide usque ad aggarenos et egemonida· · [25] et uenit ptholomaidem et egrem ferebant ptholomenses propter pacis sponsionem· Et fremebant cum ingenti angustia· et minabantur uolentes·· infringere pacta· [26] Ideo per seditiones processit lysias .. pro tribunali rationem reddidit· qualiter ipsa res capiebat persuasit mitigauit· placidos reddidit· regressus antiochiam ita denique res gestæ a rege aduentus et regressionis eius processerunt·

XI XIV, [1] Post triennii autem tempus cogno-

[6] *deuexum*, rasura factum *diuexum*.

[15] *aristidem*, sub *e* punctum est, 1 manus, ut videtur.

[17] *his*, postea rasura, sed non liquet an aliquid scriptum fuerat.

[19] *munitum*, pars literae *n*, et *i* in rasura nescio qua manu; pars literae *n* primae scripturae potest esse et pro litera *r*.

[23] *subiectos*, 1 manus correxit *subiectus*.

[24] *macchabeum*, *m* finale per compendium scribitur 1 manu in media linea, sed videtur fuisse erasa in fine litera *s*.

aggarenos, sic ex correctione 1 manus, sed ante vocem, et ante literam *n* alia litera erasa, et ullae aliae literae refictae fuerunt ex prima quae fuerat scriptione.

[26] *lysias*, post vocem rasura pro spatio fere duarum literarum, si tamen scriptae fuerant.

uerunt qui erant cum iuda demetrium seleuci· per illum portum qui erat aput tripolym nauibus degressum cum ualida multitudine· et classe [2] obtinere regionem sublato antiocho· et huius fratre lisia·
[3] Porro quidam alchimus qui fuisset antehac sacerdos sponte autem contaminatus illis permixtionis et persequtionis temporibus perspiciens quomodo non est ei salus· neque ad sanctum altare etiam nunc accessus [4] uenit· ad regem demetrium· primo et centesimo et quinquagesimo anno offerens ei sanæ· coronam auream et palmam superque haec eos qui uidentur esse rami legitimi de templo· et illo quidem die silentium habuit [5] nanctus autem oportunum suae tempus amentiae uocatus in concilium ad demetrio· et interrogatus quo consilio et in quo proposito constituti sunt iudei· ad haec ait; [6] Hi qui dicuntur iudeorum asidei quorum ductor est iudas· qui et macchabeus bellum parant et seditiones mouent· non sinentes regnum quietum esse·
[7] Unde deposito patrum meorum honore· dico autem pontificatu iterato· nunc ueni [8] primum quidem de his qui pertinent ad regem· mera fide sentiens sursum autem aetiam nostros cogitans ciues· horum enim de quibus locutus sum inconsiderantia uniuersum genus nostrum· Non mediocriter laborat [9] singulis quibusque ergo horum cognitis tu rex et regioni· et residuo generi nostro consule iuxta quam habes circa omnes obuiam humanitatem [10] quamdiu enim iudas est non rebus humanis inpossibile est res peruenire ad pacem; [11] His uero maturius ab hoc dictis ceteri amici qui maligne ferebantur in personam iudae· accenderunt demetrium [12] et confestim electo nichanore qui fuit praepositus elephantorum et constituit eo praetore iudeae misit illum [13] datis mandatis ipsum quidem iudam uti caperet eos qui cum illo essent dispergerent· et alchimum constitueret pontificem maximi templi· [14] Nihilominus quae de iudea refugerant iudam gentes admiscebantur· nichanori gregati iudeorum· erumnas et calamitates suas prosperitates futuras existimantes· [15] Cumque audissent de aduentu nichanoris· et de insectatione gentium terra capitibus aspersis obsecrauerunt deum qui usque saeculum statuit populum suum protegere· semperque cum lustratione opitulatur suae portioni· [16] Cumque precepisset ductor quo maturius inde digressi sunt obuii eius facti apud castellum dessau·
[17] Symon autem frater iudae cummiserat cum nichanore et cito propter inopinatum aduersariorum silentium uictus fuerat· [18] sed tamen audiens nichanor quia uirtutem perditi essent qui erant cum iuda· et in certaminibus quae pro patria sustinerent magnanimitate· uerebatur discrimen sanguine adire. [19] Quapropter euocauit possidonium et theodorum et mathathīan· ut darent dexteras iudae et acciperent· [20] Plurimo autem habito de his tractatu· et ipso doctore ad multitudinem referente cum apparuisset paribus suffragiis una sententia adnuerunt pactis et sponsionibus [21] et constituerunt qua sibi quisque ueniant in unum· Et prolata sunt a singulis sedilia et posuerunt cathedras [22] disposuitque iudas armatos locis oportunis paratos ne forte ab hostibus repente aliquid mali perpetraretur et sic congruens habuerit conloquium· [23] Demorabatur praeterea nichanor hierusolymis et nihil mali agebat· collectam quoque grecorum turbam dimisit· [24] Habebat iudam semper ante faciem ex animo inclinauerit in ipsum uirum [25] hortatus est eum sortiri matrimonium et filios suscipere· duxit iudas uxorem constabilitus est uitam communicauit·

XIV, [1] *degressum*, rasura factum *digressum*.
[3] *persequtionis*, sic prima scriptio, ut apparet, sed ipsa 1 manus correxisset *persecutionis*.
[4] *sanæ*, rasura factum *sane*.
[5] *ad* 1°, erasum *d*.
[13] *mandatis ipsum*, primo scriptum fuerat *mandatum*, sed ipsa manus correxit *mandatis*, et ex *m* fecit *ip* pro voce *ipsum*.
[17] *cummiserat*, pro *cum* in fine lineæ scripto ipsa 1 manus correxit *com*.
[20] *pactis*, *c* suppletum supra lineam 1, ut videtur, manu.

[26] Porro autem alchimus considerans mu-
tuam.,que inter ipsos esset beniuolentiam
et quae fuissent peccata· arrepta occasione
uenit ad demetrium· et dicebat nichanorem
aliena sapere a negotiis aduersus imperium
cogitare insidiatorem namque regni iudam
sibi socium destinasset·

[27] Itaque rex iracundia percitus et insi-
mulationibus ipsius pessimi iratus scripsit
nichanori dicens de pactis quidem egre
ferre.. se et iubebat macchabeum uinctum
mittere antiochiam· quo maturius [28] cum-
que haec perlata ad nicanorem fuissent
confundebatur et egre ferebatur insuper
habere quae disposita erant· nulla iniuria
ab eodem uiro admissa [29] uerum quia regi
reluctari non erat oportunum· quaerebat
arte illud perpetrare [30] Macchabeus autem
animaduertens nichanorem aceruius exse-
quentem ea que ad illum spectarent· et
solitum congressum uafriorem habuissem
eum intellegens. non ex bono animo se-
ueritatem· hanc esse paucis congregatis ex
illis qui erant circa ipsum celebat se a ni-
chanore· [31] Cumque ille alius cognouisset
quia pulcherrime ab eodem uiro arte su-
peratus est· uenit ad maximum et sanctum
templum sacerdotibus offerentibus rite sa-
crificia iussitque ipsis macchabeum trade-
re [32] Porro illis cum iureiurando dicenti-
bus ignorare ubi sit qui quereretur· [33] ex-
tensa dextera ad templum iurauit in hunc
modum nisi uinctum mihi macchabeum tra-
dideritis istud dei conspectum in planiciem
redicam et altarem demoliam et templum
istic lipbero patri inlustre adtollam· [34] talia
locutus discessit· ad uero sacerdotes exten-
sis manibus in caelum inuocabant dominum
qui semper propugnator fuit genti nostrae
dicentes haec· [35] Tu domine uniuersorum
quando nullo indigeas decreuisti templum
habitaculi tui aput nos fieri· [36] et nunc san-
ctae omnis sanctificationis domine conserua
intaminatam in sæculum istam recens emun-
tatam aedem;
XII [37] Rachis autem quidam ex senioribus hie-
rusolymorum indicio demonstratus est ni-
chanori uir ciuium amator ualde bene au-
diens et qui iuxta beniuolentiam pater iu-
deorum appellaretur· [38] fuerat enim pristi-
nis temporibus censurae auctor non per-
miscendi iudaismi et corpore et animo·
propter iudaismum deditus cum omni per-
seuerantia· [39] Uolens itaque nichanor ma-
nifestam facere quam haberet aduersus iu-
deos mentem infestam misit milites super
quingentos adpraehendere eum· [40] existima-
uit enim illo capto hos calimitate adficere·
[41] Cumque multitudo inciperet militum tur-
rem capere in qua confugerat rhaxis· et re-
giam ianuam uiolenter adgrederetur· iube-
rentque ignem admouere et fores incende-
re: cum iam adprehendi coepisset subposuit
sibi gladium· [42] uolens libere mori quam fa-
cinoris subditus fieri· et sua ingenuitate in-
dignus subici contumeliis· [43] Uerum non le-
tali plaga ictus· propter ipsius certaminis
trepidationem et multitudine intra ianuas
inruente conscendi fortiter currens in mu-
ros· ac semetipsum similiter praecipitem in
turbam iecitque [44] illisque cito retro gra-
dibus factis et constituto interuallo uenit
in ilia media· [45] Cumque adhuc spiraret et
accensis animis ferretur· surrexit perfluente
tamquam ex fistulis sanguine· et quam-
quam aceruissimis uulneribus cursum mul-
titudinem pergressus· Et stans in quadam
petra defectus prorsus cum iam fieret
exsanguis arripuit intestina sua utrisque
manibus proiecit super turbas inuocans do-
minatorem uitae ac si spiritus ut haec illi
iterum redire· haec eadem rursus ei red-
dere hoc modo uitam finiit· XV, [1] Porro
nichanor cum cognouisset eos qui cum
iuda erant· in his locis agere qui essent·
iuxta samariam consilium inhiit· requiei

[27] *ferre..* rasura, quae duas fere literas capiebat.

[31] *et sanctum templum*, in rasura 1 m.

[33] *hunc*, *n* suppletum supra lineam 1, ut videtur, manu.

[36] *recens emuntatam*, ipsa 1 manus correxit priora *recense muntanam.*

[43] *iecitque*, ipsa 1 manus reprobavit *que.*

[45] *uulneribus*, ex correctione 1 manus, incoeptum fuerat scribi *mu* pro *uul*, ut apparet.

die sabbati· adgredi eos silentio maximo·
3 atque illis iudeis qui per necessitatem se-
quebantur eum· dicentibus nequaquam ita
ferociter et barbare perficeris· honorem uero
tribue semper cum sanctificatione hono-
rato habe· qui uniuersa perspicit tradeto
3 Interrogauit ille tria facinorosus· an· sit·
in caelo praepotens qui preceperit cele-
brari diem sabbatorum· 4 respondentibus eis
esse dominum· uiuentem ipsum in caelo
præpotentem qui iussit colere ebdomadem·
5 At uero ille alius et ego ait sum prae-
potens in terram qui precipio ferre arma
et utilitates regias expedire· nec tamen op-
tinuit perpetrare pro tempore suam uolun-
tatem. 6 Et nichanor quidem cum omni iac-
tantia erigens ceruicem decreuerat commu-
ne ex illis qui erant cum iuda tropheum
adtollere· 7 Macchabeus autem fretus erat
sine ulla intermissione cum omni spe auxi-
lium se consequi a domino· 8 et hortabatur
eos qui cum ipso erant aduentum gentium
non formidare habentes in animo quae prius
illis de caelo aduenissent auxilia; Modo
quoque expectare eam quae ab omnipo-
tentem adfutura esset illis uictoria· 9 adlo-
quens eos nihilominus de lege et prophe-
tis admonens preterea etiam de certamini-
bus que conficissent prumptiores eos con-
stituit 10 exercitatisque· animis eorum simul
narrauit· Demonstrans gentium inconstan-
tiam et iuresiurandi praeuaricationem 11 sin-
gulos quoque ipsorum armauit non tam scu-
torum et lancearum tutamine quantum bo-
norum uerborum adhortationem et posito
etiam somnio auctoritatis magnæ· perquam
letificauit uniuersos· 12 Erat autem tale ip-
sius uisum onian qui fuisset pontifex ui-
rum bonum atque optimum uerecundum
quidem ex obuio mitissimum autem mo-
ribus sermonis quoque decentissimi· et qui
ex puero meditatus sit cuncta uirtutis fa-
miliaria hunc manibus extensis optare bona
uniuerso iudeorum statui· 13 Dehunc adpa-
ruisse· uirum caniciae et gloria praestan-
tem admirabilem· etiam et decoram esse
eminentiam circa illum· 14 et respondentem
dixisse· onian· hic est fratrum amator· qui
adsidue orat propulo· et ciuitate sancta·
hieremias dei propheta· 15 Et protendem
hieremiam dexteram suam tradidisse gla-
dium aureum· Et cum traderet dixisse hæc·
16 accipere gladium illum sanctum donum
a deo· quo aduersarios proturbabis quas-
sabis· 17 alacres itaque exortati uero iudæ
uerbis bonis ualde· Et qui poterant ad uir-
tutem prouocare· et animas iuuenum uirili-
ter replere· cognouerunt non tantum aciem
tendere fortiter inruere· et cum omni uir-
tute impetum facientes iudicare negotia eo
quod et ciuitas et sancta et templum pere-
clitaretur· 18 Erat autem de uxoribus et filiis
et insuper etiam et fratribus et cognatis in
minima parte iacens eis· certamen· Magnus
autem et primus de sanctificato templo ti-
mor 19 erat autem et his qui in ciuitate
erant inuenti non leue certamen turbatis
super apertam commisionem; 20 et omni-
bus iam expectantibus futurum iudicium
etiam commiscentium sed hostium· et aciae
ordinata et bestiarum in pale oportuna or-
dinatorum aequitatum quoque per partes
positum 21 considerans· Macchabeus multi-
tudinis aduentum et armorum uarium ap-
paratum bestiarum quoque ferocitatem ex-
tendens manus ad caelum· inuocauit prodigia
facientem dominum· cognoscens quoniam
non est a in armis uictoria· sed prout illi
placuerit dignis tribuit uictoriam 22 Dicebat
autem inuocans hoc modo tu domine mi-
sisti angelum tuum sub ezechiae rege iu-
deae· et interfecit de castris sennacherim
regis assyriorum clxxxv· milia· 23 Et nunc
potens caelorum mitte angelum bonum ante

XV, 3 *facinorosus*, primum *o* 1 manu in *e* mutatum, vel contra.

9 *conficissent*, pro ultima litera *s*, scriptum fuerat *c*, sed ipsa 1 manus correxit.

13 *Dehunc*, prior pars literae *u* semiabrasa, fortasse ut mutaretur in *dehinc*.

15 *hieremiam*, 1 manu mutatum, ut apparet, in *haeremiam*.

20 *sed*, erasum *d*.

21 *a in*, abrasum *a*.

22 *rege*, alia, ut apparet, manus, compendii nota superscripta videtur voluisse *regem*.

nos qui cum dirigat· in timorem et tremo-
rem [24] magnitudinem brachii tui· in pauore
mittantur· qui cum blasphemium aduerunt
super sanctum tuum populum· et hic qui-
dem in his finem fecit [25] Hii autem qui
erant cum nichanore cum paeanis· et tu-
bis promouebant· [26] Et hii qui erant cum
iuda cum inuocatione et oratione commi-
serunt aduersariis [27] et manibus quidem
concertabant corde uero ad deum oraban-
tur strauerunt nihilominus ·xxxv· milia· dei
magnifice laetati demonstratione· [28] Peracta
necessitate· et cum gaudio reuertentes co-
gnouerunt· in primis cecidisse nicanorem
cum uniuersa arma· [29] et facto clamore et
turbela benedicebant potentem patria uoce,
[30] Praecipiebat tantem his qui per omnia
corpore et animo preerat certamini pro ci-
uibus qui aetatis beneuolentiam in suam
conseruauerat gentem· nichanoris caput ex-
cisum et manum cum humero adferri in
hierusalem· [31] Et adueniens macchabeus in
hierusalem et conuocans suæ gentis uiros
et sacerdotes anta altare accersiens etiam et
eos qui erant ex arce [32] et ostendit eis ini-
qui nichanoris capud. Et manum blasphemii
quam extenderat super sancto omnipoten-
tis domum magnoloquendo [33] et linguam
impii nichanoris ex capite segans parti-
culatam ait tradere auibus· Prumpta au-
tem desapientiae membra contra templum·
iussit suspendi· [34] Tunc omnes in caelum
benedixerunt praeclarum dominum· clama-
bantque simul dicentes· benedictus qui cu-
stodit suum locum inpollutum· [35] Conliga-
uit autem nichanoris caput ex arce mani-
festum omnibus et apertum adiutorii do-
mini signum· [36] Et decreuerunt omnes cum
communi iuditio· nequaquam relinqui sine
significatione hunc diem·

Habebat autem insignem diem tertium
decimum duodecimi mensis diem adar di-
citur hebrea uoce ante unum diem mar-
dochei diei· [37] Ea autem quae secundum
nichanora fuerunt in hunc modum profe-
cta ex illis temporibus possa ciuitate ab
hebreis· et ipse hoc in loco uerbis faciam
finem·

[38] Et si quidem bene et aptæ dictio or-
dinata est hoc et ego uolebam· si autem
plane et pauperrimae hoc mihi adscriben-
dum est· [39] sicut enim uinum bibere so-
lum pari etiam rationem et aqua contra-
rium est· Quemadmodum autem uinum
aquae permixtum suauem et delectabilem
gratiam implet· sic conpositio uerbi dele-
ctat auditus legentium per suum ordinem·
hic autem erit terminum;

EXP· MACHABEORUM LIBER SECUNDUS FELICITER·

[32] *capud*, 1 manus correxit *caput*.

sancto, 1 manus mutavit in *sanctam*.

[34] *praeclarum*, pro *p* litera *d* scripta fuerat, sed 1 manus correxit.

[36] Inter *tertium* et *decimum* erasum punctum.

diem 3°, pro *m* compendium est, quod *m* refert, non *s* in nostro libro; quamquam pluribus literis vel syllabis reddendis inserviat hoc compendium, pro *s* non memini vidisse positum.

diei, sic ex correctione 1 manus, primo fuerat *e* pro *i*.

In fronte aliquot paginarum sine certa ratione est titulus superscriptus *$\overline{\text{LIB}}$ MACHA$\overline{\text{BRM}}$*, semel sine ultimo *M*.

INCIPIT LIBER TOBIS.

I, 1 Liber sermonum tobis filii tubiel. filii
annaniel. filii gauiel. filii asiel. filii gaba-
liel. ex tribu neptalim; 2 Qui captiuus du-
ctus est in diebus salmanasar regis assy-
riorum· ex sibiel ciuitate quae est in de-
xtra parte cidissim ciuitatem nepthalim. in
superiore galil.ea supra nasor. post uiam
quae ducit ad occidentem. ad sinistram
partem raphain;

Ego tobis in uia ueritatis ambulaui et in
iustitia omnibus diebus uitae meae. 3 et
elymosinas multas feci fratribus meis et
nationi meae. omnibus qui fuerunt mecum
in captiuitatem in regione assyriorum in
ninneue;

4 Et eram in terra regionis israheli iuue-
nior. in omni tribu neptalim patris mei; Et
recessi a domo dauid ab hierusalem ciuitatem
quae est electa ex omni tribu israhel. ubi al-
tare constitutum est omni tribu israhel. quod
sanctificatum est in saecula tunc cum tem-
plum habitationis sanctimonii aedificatum
est in hierusalem omnibus nationibus in
saecula; 5 Et omnes fratres mei et domus
nepthalim patris mei. sacrificabant in dan
uitulo aureo quem fecit hieroboam rex
israhel. et in omnibus altissimis montibus
galilaeae; 6 Ego autem solus ibam aliquoties
in hierusalem diebus festis. sicut scriptum
est omni israhel in praecepto sempiterno;
Primitias et decimas argenti et pecorum. et
initia tonsurae ouium mearum habens me-
cum. dabam sacerdotibus filiis leui ad al-
tare; Et quod moris erat de tritico et uino·

I, 1 Interpunctio, ut etiam scriptura, differt ab ea libri II Machabaeorum; eam servavi ut est praeter eam, quae puncto constat et superposita linea obliqua, quam puncto ad imum literae repraesentavi; punctum vero simplex, mediae literae appictum ut plurimum, puncto ad summum literae reddidi: alia ulla suis locis indicabo pro re nata. Sed est notanda divisio in parvas sectiones, quae fit linea resumpta, et litera initiali extra ordinem linearum scripta. Haec imperfecta est in codice in hoc libro, ut etiam in ullis aliis, cum servata sit quidem in prima columna cujusque paginae, in secunda vero numquam litera initialis extra ordinem scribatur, exceptis duabus magnis literis I, 1 et 2. Litera enim majuscula per se nihil indicat, cum passim in mediis lineis eadem occurrat. In secunda ergo columna cujusque paginae tunc solum cum parte posteriore lineae vacua relicta linea resumitur, ab hac initium sectionis sumi potest, et ita feci. Puto autem non inutile indicare initium et finem secundae columnae cujusque paginae. I, 1-6 *qui praesto erant.* I, 20 *ex natione mea* — II, 3 *antequam quicquam.* II, 21 *intrasset ad me* — III, 6. *domine ut.* III, 14 *et oculos meos* — IV, 3 *matri tuae. et noli.* IV, 13 *semen illorum* — IV, 21 *in ragis· ciuitate.* V, 9 *enim ut eas* — V, 19 *scire de genere tuo;.* VI, 1 *Et profectus est* — VI, 11 *speciosam.* VI, 15, *filium qui sepeliat* — VII, 4 *Forti animo est et uiuit.* VII, 15 *filiam suam· et* — VIII, 6 *et deprecare.* VIII, 19 *uitam illorum* — IX, 7 *et conposuerunt eos.* X, 8 *meum. iam* — X, 13 *Iniunctum est mihi a domino.* XI, 17 *misertus est mei;* — XII, 3 *Me enim duxit.* XII, 14 *tunc missus sum* — XIII, 5 *dispersi fueritis.* XIII, 16 ... *cant te in aeternum;* — XIV, 6 *Fili. dilige.* XIV, 9 *de terris omnium;* — ad finem libri. Nec codex Vaticanus, nec Sinaiticus, cui affinis est textus noster, eandem sectionum rationem exhibent.

galilea, inter *galil* et *ea* rasura; litera *a* fuerat, ut videtur.

4 *israheli*, codex *ihli* lineola superscripta, sed passim plene scribit.

tribu israhel 2.°, sic in scriptione continua passim obtinente in codice.

et oleo et ficus et malorum granatorum·
et ceterorum pomorum. diuidebam leuitis
et ceteris qui praesto erant in hierusalem;
Et secundum decimationem commutans pe-
cuniam sex annorum. ibam et consumabam
hanc eandem pecuniam in hierusalem uno-
quoque anno; [7] Et tertii anni decimatio-
nem· dabam prosylitis et orfanis et uiduis.
faciens elymosinam quae praecepta sunt in
israhel. inferebam et dabam illis in tertio
anno;

[8] Et consumabam illud secundum prae-
ceptum quod scriptum est de his in lege
moysi. et sicut praecepit debbora mater
patris mei tobiel· matri meae et patri meo.
qui orfanum me dereliquid et mortuus est;
[9] Et postquam iuuenis factus sum. accepi
uxorem nomine anna ex natione mea. et
generaui ex illa filium. et uocaui nomen
eius tobiam; [11] Et ubi in captiuitatem deueni
ad assyrios· et ductus sum in ninneue. [12] om-
nes fratres mei et qui de genere meo erant.
manducabant de panibus gentilium;

Ego autem custodiui animam meam. ne
manducarem de escis illorum;

[13] Et quoniam memor eram deum in toto
corde meo. dedit mihi excelsus gratiam
ante conspectum salmanassar regis assyrio-
rum. [14] et emebam illi omnia. [15] iens in re-
gionem medicam. usque dum mortuus est;
[17] Et commendaui tunc gabelo filio gabiel
in ragis ciuitatem medorum. decem talenta
argenti; [18] Et postquam mortuus est salma-
nassar rex assyriorum. regnauit sennache-
rim filius eius pro eo. et uiae regionis me-
dicae inconstantes erant. et non potui ire
illuc; [19] Postea feci multas elymosinas in die-
bus salmanassar regis. omnibus de gente
mea; [20] Panes meos diuidebam esurienti-
bus. et nudos uestiebam; Et qui proiecti
erant ex natione mea mortui. sepeliebam;
[21] Et quando uenit sennacherim rex de iu-
daea fugiens propter defensionem quam fe-
cit ex illo dominus· propter blasphemias
illius qua blasphemauit et occidit in ira
sua multos ex filiis israhel. ego autem
corpora illorum inuolabam et sepeliebam;
[22] Et renunciatum est regi quoniam ego se-
pelio illos. et quaerebat me occidere; [23] Ego
autem fugi. et direpta est omnis substan-
tia mea. et nihil mihi remansit plusquam
uxor mea anna· et tobias filius meus; [24] Et
contigit post dies xl et quinque. occide-
runt regem illum filii sui. et fugierunt in
montes ararat. et regnauit nachoda filius
eius pro eo; Et constituit achicarum filium
annaniel fratris mei. emere sibi quae ad
usum erant; Et petiit pro me achicarus·
[25] et reuersus sum in domum meam. et red-
dita est mihi uxor mea anna· et tobias filius
meus;

II, [1] In pentecosten die festo nostro qui
est sanctus ex septimanis. factum est mihi
prandium bonum. et discubui ut prande-
rem; Et posita est mihi mensa. et uidi pul-
mentaria plura. [2] et dixi tobiae filio meo;
Uade adduc fili quemcumque inueneris pau-
perem ex fratribus nostris. qui sunt captiui
in ninneue; Qui tamen in mente habet deum
in toto corde suo. hunc adduc et mandu-
cet pariter mecum hoc prandium; Ecce su-
stineo te fili. donec uenias; [3] Et exiit tobias
quaerere aliquem pauperem captiuum ex
fratribus suis. et reuersus dixit mihi; Pa-
ter· et dixi; Quid est fili· et dixit mihi;
Ecce unus de natione nostra occisus· la-
queo circumdatus. proiectus iacet in pu-
blico; Et exiui relicto prandio meo ante-
quam quicquam ex illo gustarem. [4] et tuli
illum de platea in unum locum apud me·
donec sol occideret. ut illum sepelirem;

[5] Et reuersus laui et manducaui panem
meum cum luctu; [6] Et rememoratus sum
sermonem prophetae amos. quem locutus
est in bethleem dicens;

Conuertentur dies festi uestri in luctu.

[7] *prosylitis,* manus serior *proselitis.*

II, [2] *nostris.,* interpunctio prima erat *nostris;,* sed ipsa 1 manus mutavit.

[3] Super punctum post voces *Pater* et *fili* nota vocandi apposita est fere ut Graeca litera ω inferius versa ω valde protracta tamen in ductu superiori. Eadem nota interrogationi indicandae inservit.

et omnia cantica uestra in lamentatione; Et lacrimatus sum;

7 Et postquam sol occidit. abii et fodi et sepeliui illum; 8 Et omnes proximi mei· deridebant me dicentes;

Quomodo non timet hic homo· Iam enim inquisitus est huius rei causa ut interficeretur. et fugiit· et perdidit substantiam suam; Et ecce sepelire coepit mortuos; 9 Et iterum illa hora laui postquam illum sepeliui. 10 et intraui in domum meam· et dormiui secus parietem facie nuda. propter aestum;

11 Et ignorabam quia passeres in pariete super me erant nidificantes;

Quorum stercora insiderunt oculis meis calida. et induxerunt albuginem;

Et ibam ad medicos. et quantum mihi medicamenta inponebant. tantum magis excaecabantur oculi mei ab albuginibus. donec perexcaecatus sum;

Et eram inpossibilis oculis meis· annis quattuor; 15 Et omnes fratres mei et amici contristabantur pro me. et achicarus nutriebat me annis duobus. priusquam iret in limaidam;

19 In illo tempore anna uxor mea deseruiebat operibus mulierum. et mittebant et ducebant illam ad texendum. et dabant ei mercedem suam;

Et septima die mensis distri consumauit texturam. et reddidit illam dominis suis; Et dederunt illi mercedem totam. 20 et insuper dederunt illi pro detexto. hedum de capris; 21 Et cum intrasset ad me hedus. coepit clamare; Et uocaui ad me uxorem meam. et dixi ei; Unde est hic hedus qui clamat· Uide ne furtiuus sit. redde illum dominis suis; Nobis enim non licet manducare furtiuum; Et respondit mihi· et dixit; Munere mihi datus est· pro mercede mea; Cui ego non credebam. sed magis ego dicebam. redde illum dominis suis. ne erubescam coram illis huius rei causa; 22 Et irata est quoniam non credebam ei. et ait mihi; Ubi sunt iustitiae tuae. et elymosinae; 23 Ecce quae pateris. omnibus nota sunt; III, 1 Et contristatus animo ingemui lacrimans. et introiui in atrium meum. et coepi orare cum gemitu animae meae. 2 et dixi; Iustus es domine· et omnia opera tua iusta sunt. et omnes uiae tuae misericordia et ueritas. et iudicium uerum iudicas in saecula; 3 Et nunc domine memor esto mei. et respice in me.. Ne uindictam sumas de peccatis meis· et de neglegentia mea· et patrum meorum· si quid peccauerunt ante te. 4 quia non obaudierunt praeceptis tuis.. Et tradidisti nos in direptionem. et captiuitatem. et mortem. et in exemplum et in fabulas. et in inproperium omnibus nationibus in quibus nos disparsisti; 5 Et nunc domine multa sunt iudicia tua et uera. quae de me exigas et de peccatis meis· et de parentum meorum. quia non egimus secundum praecepta tua. nec ambulauimus sinceriter coram te; 6 Et nunc domine secundum quod tibi placet fac mecum. et iube recipi spiritum meum ut iam dimittar desuper terram. quoniam expedit mihi mori potius quam uiuere. quia inproperia falsa audio. et in magno sum taedio; Praecipe ergo domine ut dimittar ab hac necessitate. et da mihi refrigerium in loco aeterno;

Et noli auertere a me misericordiam tuam. quoniam expedit mihi mori· quam pati tantam necessitatem in uita mea. ne amplius inproperium audiam;

7 Eadem die contigit ut et sarra filia raguel quae erat exbathanis in ciuitatem medorum. ut et ipsa audiret inproperia ab una ex ancillis patris sui.

8 Quoniam tradita fuerat uiris septem. et asmadeum daemonium nequissimum occidebat illos ea hora qua ad illam introie-

8 Super interpunctionem post *homo* et post *mortuos*, nota ut v. 3.

21 *clamat*, super punctum nota ut v. 3.

22 *elymosinae*, super interpunctionem nota ut v. 3.

III, 3 Post *me* rasura interpunctionis.

4 Post *tuis* rasura interpunctionis.

7 *exbathanis*, secundum *a* refictum 1 manu ex alia litera.

bant ad concumbendum sicut est consuetudo mulierum; [9] Et dixit illi ancilla; Tu es quae suffocas uiros tuos; Ecce iam tradita es uiris septem. et nullo eorum fruita es;

Quid nos flagellas ob causam uirorum tuorum quod mortui sunt;

Uade et tu cum illis. et numquam uideamus ex te filium neque filiam in perpetuum;

[10] In illa hora contristata est sarra. et lacrimans ascendit in locum superiorem patris sui. et uoluit laqueo uitam finiri; Et cogitauit dicens; Ne forte inproperent patri meo. et dicant illi; Unicam habuisti filiam carissimam. et haec sibi collum ligauit; Et incipiam deducere senectutem patris mei ad inferos cum tristitia; Non est utile laqueo animam finire. [11] sed magis deprecor dominum ut moriar. ut nulla inproperia audiam neque ego. neque pater meus; [12] Eodem tempore extendit manus suas ad fenestram. et deprecata est deum [13] dicens;

Benedictus es domine deus misericors. et benedictum est nomen tuum sanctum. et honorabile in omnia saecula;

Benedicant te omnia opera tua· in aeternum;

[14] Et nunc domine ad te faciem meam leuo. et oculos meos dirigo. [15] iube iam dimitti me de terra. ut non audiam inproperia hominum; [16] Tu scis domine quia munda sum ab omni inmunditia uiri. et non coinquinaui corpus meum. neque deonestaui nomen patris mei in terra captiuitatis meae; Unica sum patri meo. et non habet alium filium neque filiam qui possedeat hereditatem illius; Nec frater est illi quisquam· neque propinquus est eius. ut custodiat me illi uxorem; Iam enim mortui sunt mihi uiri septem. ut quid mihi uiuere; Sed si tibi non uidetur perdere me. respice in me et miserere mei. ut nullum iam inproperium audiam; [24] In illo tempore exauditae sunt preces amborum ab ipsa claritate summi dei. [25] et missus est rafael angelus curare ambos; Tobin ab albugine oculorum· et reddere ei aspectum luminis. et sarram filiam raguel dare tobiae filio tobi uxorem. et expellere ab illa asmadeum daemonium nequissimum. quoniam tobiae destinata erat hereditas illius super omnes qui illam concupierant; Ipso igitur tempore reuersus est tobis de atrio in domum suam. et sarra filia raguel et ipsa descendit de loco superiore; IV, [1] Eadem die rememoratus est tobis commendasse pecuniam gabelo filio gabiel in ragis ciuitate medorum. et dixit in corde suo cogitans; Ecce ego petii mortem. quid ergo non accersio tobiam filium meum et indicabo illi de hac pecunia antequam moriar;

Et uocauit tobis filium suum tobiam. [2] et dixit illi; Fili. et ille respondit; Quid est pater; Et dixit tobis; [3] Sepeli me cum mortuos fuero. et honorem habe matri tuae. et noli derelinquere illam omnibus diebus uitae tuae; Et quod illi placet hoc fac in conspectu eius. et noli contristare spiritum eius in nullam rem;

[4] Memor esto fili quanta pericula passa est propter te. in utero suo;

[5] Et cum mortua fuerit. sepeli illam iuxta me in uno sepulchro;

[6] Et omnibus diebus uitae tuae fili· deum in mente habe. et noli uelle peccare. neque praeterire praecepta illius;

Iustitiam fac omnibus diebus uitae tuae. et noli ambulare in uiam iniquitatis; Quoniam agente té ex ueritate. erit respectus a domino in operibus tuis. et omnibus qui faciunt iustitiam; [7] Ex substantia tua fac elymosinam. et noli auertere faciem tuam

[9] ***sunt***, super interpunctionem nota ut II, 3.

[10] ***tristitia, tri*** in rasura, 1 manu videtur.

laqueo, pro *o* coepit scribere *a* amanuensis, sed in ipso actu se correxit.

[13] ***tua***, postea interpunctio fere tota abrasa.

[16] ***uiuere***, super interpunctionem nota ut II, 3.

IV, [1] ***moriar***, super interpunctionem nota ut II, 3.

[2] ***pater***, ut v. 1.

[3] ***mortuos***, secundum *o* abrasum superius, casune an arte, non liquet.

[6] ***té***, sic cum accentu a prima manu, quantum apparet.

ab ullo paupere. ita fiet ut nec a te auertatur fides dei;

[8] Quomodo habueris fili. fac elymosinam;

[9] Si tibi fuerit copiosa substantia. plus ex illa fac elymosinam;

Et si exiguum habueris. ex hoc ipso exiguo communica pauperi;

Et ne timueris fili cum facis elymosinam. [10] praemium bonum reponis tibi in die necessitatis; [11] Quia elymosina a morte liberat. et non patitur ire in tenebras; [12] Munus bonum est elymosina omnibus qui faciunt illam. coram summo deo; [13] Abstine te fili ab omni fornicatione;

Uxorem primum accipe ex semine patrum tuorum. et noli accipere uxorem alienam quae non est ex tribu parentum tuorum. quoniam filii prophetarum sumus; Noe propheta fuit· et abraham. et isaac· et iacob· parentes nostri; Memorare ergo fili. quoniam hi omnes duxerunt uxores ex genere fratrum suorum. et benedicti sunt in filiis suis. et semen illorum possidet hereditatem terrae; [14] Et nunc fili· dilige fratres tuos. et noli superbo corde agere cum filiabus populi tui. ut accipias unam ex illis;

Quoniam superbia perditio est animae. et incontinentia diminutio. et impietas mater est luxoriae; [15] Mercedem omni homini qui penes te operatus fuerit redde eadem die. et non maneat penes te merces hominis;

Et merces tua non morabitur. si seruieris deo ex corde et ueritate;

[16] Adtende fili ab omnibus operibus tuis. et esto sapiens in omnibus sermonibus tuis; et quod oderis· alio ne feceris; Noli bibere uinum in ebrietate. et non comitetur tecum ulla nequitia in omni uita tua; [17] De pane tuo communica esurientibus. et de uestimentis tuis da nudis; Ex omnibus quae tibi habundauerint fac elymosinam fili. et non inuideatur oculus tuus cum facis elymosinam;

[18] Funde uinum et panem tuum super sepulchra iustorum. et noli illud dare peccatoribus; [19] Consilium ab homine sapiente inquire. et noli contemnere. quoniam omne consilium utile est; [20] In omni tempore benedic dominum. et postola ab eo ut dirigantur uiae tuae· et omnes semitae tuae; Et cogitationes tuae bene disponantur. quoniam ceterae nationes non habent bonam cogitationem;

Quem ergo uoluerit deus ipsum alleuat. et quem uoluerit ipsum demergit usque ad inferos deorsum; Et nunc fili memor esto praeceptorum meorum. et non deleantur de corde tuo;

[21] Nunc igitur fili· indico tibi commendasse me decem talenta argenti gabelo filio gabiel. in ragis· ciuitate medorum; [22] Noli ergo uereri fili quod pauperem uitam gerimus. habebis multa bona si timueris deum. et recesseris ab omni peccato· et bene egeris; V, [1] Tunc respondit tobias patri suo dicens; Omnia quae praecepisti mihi facio pater. [2] quomodo autem potero hanc pecuniam recipere ab illo· Neque enim ille me nouit. neque ego illum;

Aut quod signum dabo illi ut cognoscat et credat. et det mihi hanc pecuniam· Sed neque uias regionis illius noui; [3] Tunc respondit tobis filio suo dicens; Chirografum suum dedit mihi· et meum similiter accepit. et diuisit in duas partes; Unum accepi ego. et alium posui cum eadem pecunia mea; [4] Nunc itaque fili inquire aliquem hominem fidelem qui eat tecum accepta mercede. et dum adhuc uiuo recipe pecuniam ab illo; [5] Et exiit tobias ut quaereret hominem qui eum duceret in regionem medorum. et qui maxime nosset uias regionis illius. inuenit rafael angelum stantem. [6] ignorans illum angelum dei esse;

Et dixit illi tobias; Unde es iuuenis·

[7] Et ille respondit dicens; Ex filiis israhel fratribus meis. ueni huc ut operer;

[14] *et incontinentia*, in rasura *et in*, sed I manu; videtur fuisse primo *et continentia*.

V, [2] *illo... pecuniam*, super interpunctiones nota ut II, 3.

[6] *iuuenis*, super interpunctionem posita est nota ut II, 3.

[7] In margine ab initio tria puncta ∴ apposita sunt prima manu.

Et dixit illi tobias; Nosti uiam quae ducit in regione medorum· 8 Et ille dixit; Multa ego noui· et teneo uias omnes. et aliquoties fui in regionem illam. et mansi penes gabelo fratrem nostrum; Et est iter bidui a bathanis usque in ragis ciuitatem quae posita est in monte exbathana in medio campo;

9 Et dixit illi tobias; Sustine iuuenis donec intrem. et hoc ipsum patri meo renunciem; Necessarium est enim ut eas mecum. et dabo tibi mercedem tuam; Et respondit rafael angelus· et dixit; Ecce sustineo te. noli tardare; 10 Et intrauit tobias. et renuntiauit patri suo dicens; Ecce inueni hominem ex fratribus nostris. qui eat mecum; Et ille dixit; Roga illum mihi fili; Et exiit tobias. et uocauit illum dicens; Iuuenis. intra rogat te pater; 11 Qui cum introisset. prior tobis salutauit eum; Et ille dixit; Pax sit tibi frater; 12 Et respondit tobis. et dixit; Ut quid mihi gaudium· Homo enim sum inualidus oculis. et non uideo lumen caeli. quia in tenebris sum positus sicut mortuus inter uiuos; Uocem hominum audio. et ipsos non uideo;

13 Et dixit illi rafael angelus; Forti animo esto. proximum est ut a deo cureris; 14 Et dixit illi tobis; Tobias filius meus uult ire in regione medica. si potes ire cum illo et ducere illum. dabo tibi mercedem tuam frater; 15 Et dixit illi rafael angelus; Possum ire cum illo. quoniam noui ego omnes uias. et aliquoties abii in regione medica. et perambulaui omnes campos eius et montes. et omnes comeatos eius bene teneo;

16 Et dixit tobis; Frater. ex quo genere es et ex qua tribu. narra mihi; 17 Et ille dixit; Quid necesse est te scire genus meum· uel tribum meam· Mercennarium desideras. aut genus et tribum meam· 18 Sed si ualde inquiris. ego sum azarias annaniae magni filius. ex fratribus tuis; 19 Et dixit illi tobis; Saluus uadas. et sanus redeas frater; Sed peto ne irascaris. quod uoluerim scire de genere tuo;

Tu ergo ex fratribus meis es. de genere bono et optimo; Nosti annaniam et nathan duos filios semeliae magni. qui et ipsi mecum ibant in hierusalem. et orabant ibi mecum· et non exerrauerunt; Hi omnes. fratres nostri sunt;

Ex bona radice es frater. saluus uadas et saluus redeas ad nos. et ego tibi dabo mercedem diurnam dragma una. et quae opus sunt similiter tibi et filio meo dabo. uade cum eo; Et cum reuersus fueris. augeam tibi ad mercedem tuam; 20 Et dixit rafael angelus; Ego ibo cum illo· ne timueris. salui ibimus et salui reuertemur ad uos cum pace. quoniam uia tuta est;

21 Et dixit tobis; Bonum iter contingat tibi agere frater; Et uocauit tobis filium suum. et dixit illi; Praepara te ad uiam et exi cum fratre tuo. et dominus qui in caelis est perducat uos ibi· et reducat saluos. et angelus illius comitætur uobiscum cum sanitate;

22 Et praeparauit se tobias ad uiam. et exiit ut iret. et osculatus est patrem suum et matrem suam; Et dixit illi tobis pater suus; Uade fili sanus et saluus; 23 Et plorauit mater eius. et dixit tobi patri eius;

Quo dimisisti filium nostrum· Nonne ipse est uirga manus nostrae. et ipse intrat et exit coram nobis· 24 Numquam esset pecunia illa. sed purgamentum esset filio meo; 25 Quomodo datum est a domino uiuere. hoc sufficiebat nobis;

26 Et dixit illi tobis; Noli uereri. saluus uadit filius noster· et saluus reuertetur ad

medorum, super interpunctionem nota ut II, 3.
8 *a bathanis*, suspicarer ex ratione scripturae amanuensem voluisse *ab athanis*.
12 *gaudium*, super interpunctionem nota ut II, 3.
17 *meam ..... meam*, super utramque interpunctionem nota ut II, 3.
19 *uoluerim*, ad summum secundae literae *u*, qua finitur linea, lineola omnino primae manus fere ut ductus unionis.
magni, super interpunctionem nota ut II, 3.
fratres nostri sunt;, in rasura sunt *s nostri sunt;*, sed 1 manu.
23 *nostrum ... nobis*, super interpunctiones nota ut II, 3.

nos. et oculi tui uidebunt illum illa die
qua uenerit;
[27] Nihil timueris de illo soror. bonus
enim angelus comitatur cum illo· et bene
disponit uiam illius. et reuertetur sanus;
[28] Et cessauit plorare;

VI, [1] Et profectus est tobias filius eorum.
et angelus cum illo; Et canis secutus est illos.
et ibant pariter; Et adpraehendit illos prima
nox. et manserunt super flumen tigrim; [2] Et
descendit tobias lauare pedes suos in flu-
men tigris. et exiuit piscis de aqua ma-
gnus· et circumplexus pedes illius pene
puerum deuorauit; [3] Et exclamauit puer;
[4] Et dixit illi rafael angelus; Noli timere.
conpraehende et exsupera illum;

Et conpraehendit tobias piscem. et eduxit
illum in terram; [5] Et dixit angelus ad tobiam;
Exintera illum et tolle fel· et cor· et iecor
illius. et repone et habe tecum. sunt enim
hæc necessaria ad medicamenta utilia; et
cetera interanea proice;

[6] Et exinterauit tobias piscem illum. et
abstulit fel et cor et iecor. et partem pi-
scis assauit et tulerunt in uia. cetera au-
tem salauerunt; Et coeperunt iter facere.
donec peruenirent in regionem medorum;
[7] Et dixit tobias ad angelum; Azarias fra-
ter. quod remedium est fel· et cor· et iecor
piscis. [8] Et dixit illi angelus; Cor et iecor
fumigatur coram uiro et muliere· qui in-
cursum daemonii aut spiritus nequissimi
habet. et fugiet ab illo omnis incursus. et
non apparebit in aeternum; [9] Et fel facit
ad inunguendos oculos hominis· cui albu-
gines ascenderunt. uel ad flandum in ip-
sis oculorum ut ad sanitatem perueniant;
[10] Et postquam introierunt in regionem
medicam. adpropinquauerunt ciuitati exba-
thanis. [11] et dixit rafael angelus; Tobias
frater. penes raguel hac nocte nos manere
oportet; Homo enim est propinquus tibi.
et habet filiam speciosam nomine sarra.
et neque masculum neque feminam aliam
habet praeter illam; [12] Et tu proximus es
illi prae omnes homines ut accipias illam.
et hereditatem illius possedeas. et omnem
substantiam patris illius;

Ipsam ergo accipe uxorem; Est enim
haec puella sapiens et fortis et bona ualde
et constabilita. et pater illius diligit illam.
et quaecumque possidet ei tradet; Tibi enim
destinata est hereditas patris illius. et te
oportet accipere illam; [13] Nunc audi me
frater et loquere de illa ac nocte. et ac-
cipiemus illam tibi uxorem;

Et cum reuersi fuerimus ex ragis. fa-
ciemus nuptias eius; Scio enim quoniam
raguel non negabit illam tibi;

Scit enim quoniam si dederit illam alio
uiro. morte morietur secundum iudicium
libri moysi. quia scit maximae tibi aptam
esse hereditatem eius accepta filia illius.
magis quam alicui homini; Nunc ergo fra-
ter audi me et loquere de hac puella· et
desponsemus illam tibi. et reuersi ex ra-
gis. ducemus eam nobiscum in domum
tuam;

[14] Et respondit tobias. et dixit rafaelo
angelo; Azaria frater. audiui quia haec
puella iam tradita est uiris septem. et
omnes mortui sunt in cubiculo nocte. ea
hora qua cum illa introierunt; Et audiui
quosdam dicentes. quoniam daemonium est
quod illos occidit; [15] Et nunc timeo ego
hoc daemonium. quia diligit illam; Ipsam
quidem non uexat. sed qui illi coniunctus
fuerit ipsum occidit; Unicus sum patri
meo ne forte moriar. et deducam senec-
tutem patris mei et matris meae cum do-
lore in sepulchrum eorum; Sed neque ha-
bent alium filium qui sepeliat illos. et pos-
sedeat hereditatem illorum; [16] Et dixit ra-
fael angelus; Non es memor mandatorum
patris tui;

Et nunc audi me frater· et noli cogi-
tare de daemonio illo· sed magis postola
illam. quia scio quoniam dabitur tibi ac
nocte uxor; [18] Et cum intraueris in cu-
biculo. tolle cor et iecor piscis· et inpone
super cinerem incensi. et odor manabit·
et odorabit illud daemonium et efugiet. et

VI, [7] *piscis*, super interpunctionem nota ut II, 3. [16] *tui*, super interpunctionem nota ut II, 3.

non apparebit circa illam omnino in aeternum; [19] Et cum coeperis uelle esse cum illa. surgite primum ambo et deprecamini deum caeli. ut det uobis misericordiam et sanitatem; [20] Et noli timere. tibi enim destinata est ante saecula; Et tu illam sanabis et ibit tecum· [21] et habebis ex ea filios. et erunt tibi sicut fratres; Et nunc noli uereri; [22] Et cum audisset tobias sermones rafael angeli quoniam est soror illius. et de domo seminis patris illius. hesit cordi ipsius; VII, [1] Et cum uenissent in ciuitate exbathana. dixit tobias angelo; Azarias frater. duc me rectum ad raguel;

Et uenerunt. et inuenerunt illum sedentem in atrio domus suae. et salutauerunt illum priores; Et dixit raguel; Bene ualeatis fratres. intrate salui sani; Et induxit illos in domum suam. [2] et dixit ednae uxori suae; Quam similis est hic iuuenis tobi consobrino meo; [3] Et interrogauit eos edna dicens; Unde uos estis; Et illi dixerunt; Ex filiis neptalim nos sumus. ex captiuis ninneue; [4] Et illa dixit; Nostis tobin fratrem nostrum; At illi dixerunt; Nouimus; Et illa dixit; Forti animo est et uiuit·

Et dixerunt; fortis est· et uiuit;

[5] Et tobias ait; Pater meus est de quo quaeris; [6] Et exiliuit raguel. et osculatus est eum lacrimans. [7] et dixit; Benedictio sit tibi fili. quoniam boni et optimi uiri filius es;

O infelicitas malorum. quomodo excaecatus est uir iustus faciens misericordias; Et incubuit lacrimans super collum tobiae filii fratris sui. [8] et edna uxor illius· et sarra filia eorum lacrimatae sunt;

[9] Et occiderunt arietem. et libenter susceperunt illos; Et postquam lauerunt pedes. discubuerunt ad cenam; [10] Et dixit tobias rafaelo angelo; Azarias frater. dic raguel ut det mihi sarram filiam suam uxorem; Et audiuit raguel hunc sermonem. et dixit tobiae;

Manduca et bibe· et suauiter tibi sit ac nocte. non est enim alius qui possit filiam meam accipere quam tu. similiter et mihi non licet illam dare alio uiro quam tibi; Tu proximus mihi es. et tibi sarra; [11] Uerum autem tibi dicam fili. tradidi illam uiris septem fratribus nostris. et omnes mortui sunt dum cum illa secedunt;

Nunc ergo fili. manduca et bibe;

Et dixit tobias; Hinc ego neque edam neque bibam. donec rem meum confirmes; [12] Et dixit raguel; facio; [13] Sarra tibi desponsata est secundum iudicium et legem. et de caelo iudicatum est illam tibi dare. accipe de genere tuo;

Amodo tu maritus illius es· et haec tibi coniux. ex hodierno et in perpetuum; Et dominus caeli bene disponat uobis hac nocte. et faciat uobiscum misericordiam et pacem; [15] Et accersiit raguel filiam suam· et uenit ad illum. et adpraehensa manu uirginis· tradidit illam illi. et dixit; Accipe secundum legem et iudicium quod scriptum est in libro moisi dari tibi hanc uxorem. habe et duc illam ad patrem tuum fili saluus et sanus. et deus caeli det uobis bonum iter et pacem; [16] Et uocauit matrem puellae. et praecepit adferri cartam ut faceret conscriptionem coniugii. quemadmodum tradidit illam uxorem. secundum librum moysi; Et attulit mater illius cartam. et scripsit· et signauit; [17] Et ex illa hora coeperunt epulari; [18] Et dixit raguel ad ednam uxorem suam; Praepara cubiculum alium. et introduc ibi puellam; Et habiit in cubiculum et strauit sicut dictum est. [19] et introduxit filiam suam. et lacrimata est causam illius. et extersit lacrimas. [20] et dixit illi; Forti animo esto filia. deus caeli det tibi gaudium pro taedio tuo;

Et exiit inde; VIII, [1] Et postquam consumauerunt cenam. uoluerunt requiescere. et deduxerunt tobiam in cubiculum; [2] Et rememoratus est tobias sermonem angeli rafael. et sustulit de saccello cor et iecor piscis. et inposuit supra cinerem incensi.

VII, [4] *nostrum... et uiuit* 1°, super interpunctiones nota ut II, 3.

[11] *meum*, sic codex legit, evidentissimo errore pro *mecum*.

3 et odor piscis prohibuit daemonium. et
refugit in superiores partes aegypti; Et
habiit rafael angelus et conligauit illum ibi.
et reuersus est continuo;

4 Et exierunt. et cluserunt ostium cu-
biculi; Et exsurrexit tobias de lecto. et
dixit sarrae;

Surge soror oremus. et deprecemur deum
ut faciat nobiscum misericordiam; 5 Et sur-
rexerunt· et coeperunt orare et deprecare.
ut daretur illis sanitas; 7 Et dixit tobias;
Benedictus es domine deus patrum nostro-
rum. et benedictum nomen tuum in omnia
saecula saeculorum;

Benedicant tibi caeli. et omnis creatura
tua; 8 Tu fecisti adam· et dedisti ei adiu-
torium euam. et ex utrisque multiplicasti
semen hominum;

9 Et nunc domine tu scis quoniam non
luxoriae causa accepi sororem meam hanc.
sed secundum iustitiam legis. 10 ut miserea-
ris nobis domine; et consenescamus sana
pariter cum pace. et da nobis in benedic-
tione filios; Et dixerunt amen. et recepe-
runt se;

11 Exsurrexit raguel et uocauit seruos
suos· et abierunt cum illo. et foderunt
fossam; 12 Dicebant enim; Ne forte mo-
riatur tobias. et omnibus fiat derisio et
obprobrium; 13 Et ut consumauerunt fos-
suram. reuersus est raguel domum. et uo-
cauit ednam uxorem suam· et dixit ei;

14 Mitte unam ex ancillis· et uideat si
uiuit tobias an mortuus est. ut sepeliamus
illum neminem scientem;

15 Et misit unam ex ancillis. et accensa
lucerna· aperuit ostia et intrauit. et inue-
nit illos dormientes pariter;

16 Et uenit puella. et nuntiauit eis quo-
niam uiuit. et nihil mali passus est;

Et benedixit raguel deum caeli· 17 dicens;
Benedictus es domine in omni benedic-
tione sancte. benedicte; Benedicant te om-
nes sancti tui et omnis creatura tua. in
omnia saecula saeculorum;

Benedictus es quia exhilarasti me. et
non contigit mihi quomodo putabam. 18 sed
secundum multam misericordiam tuam fe-
cisti nobiscum;

19 Et benedictus es. quia misertus es
duobus unicis; Fac cum illis domine mi-
sericordiam et salutem. et consuma uitam
illorum cum iocunditate et misericordia;
20 Tunc praecepit seruis suis ut replerent
fossam. priusquam lucesceret; 21 Et uxori
suae dixit facere panes conplures;

22 Et abiit ipse ad greges· et adduxit uitulos
duos et arietes quattuor. et iussit praepara-
ri; 23 Et uocauit tobiam. et adiurauit illi di-
cens; Quattuordecim diebus hic remanebi-
tis. edentes et bibentes apud me; Et iocun-
dae accipies animam filiae meae. quae in
doloribus erat; 24 Et quaecumque habeo
accipe inde dimidiam partem. et uade cum
salute ad patrem tuum; Et dimidia pars
cum mortuus fuero ego et uxor mea. ue-
strum erit; Forte habe animo fili. ego pa-
ter tuus sum. et edna mater tua est;

Tui sumus nos et sororis tuae. amodo et
in perpetuum; IX, 1 Tunc uocauit tobias
rafael angelum. et dixit illi; 2 Azarias fra-
ter. sume tecum quattuor pueros et duos
camelos. et uade in ragis· et perueni ad
gabelo. et redde illi cyrografum suum et
recipe pecuniam. et adduc illum tecum ad
nuptias; 4 Scis enim. quoniam numerat
dies pater meus; Et si demoratus fuero
diem unum. contristabo animam illius ual-
de; 3 Sed uides quomodo me adiurauit ra-
guel. cuius iuramento spernere non pos-
sum; 6 Et profectus est rafael angelus. et
quattuor pueri. et duo cameli in ciuitatem
ragis; Et manserunt apud gabelum. et de-
dit illi cyrografum eius. 7 et adnuntiauit
de tobia quia accepit uxorem. et quia uo-
cauit illum ad nuptias; Et surgens adsi-
gnauit illis folles cum suis sigillis. et con-
posuerunt eos·

Et mane uigilantes. simul ad nuptias uene-
runt. 8 et inuenerunt tobiam recumbentem;
Et exiliuit et salutauit illum gabelus et fle-
uit. et benedixit illum 9 et dixit; Benedic-

VIII, 10 *sana*, prima manus ipsa, ut videtur, correxit *sani*.

tio tibi fili. quia uiri optimi et boni et iu-
sti et misericordis es filius;
[10] Benedictionem dominus caeli det tibi
et uxori tuae. et patri et matri uxoris tuae;
Et benedictus deus. qui prouidit tobiae
similem sibi; X, [1] Et cottidie conputabat
tobis dies in quibus ibat. et in quibus re-
uerteretur filius eius;
Et cum consumati fuissent dies· et filius
illius non ueniret. dixit; Numquid forte de-
tenuit illum aliquis de fratribus. [2] aut num-
quid mortuus est gabelus. et nemo reddit
ei pecuniam· [3] et coepit contristari; E anna
uxor eius dixit;
Periit filius meus. nec est iam inter ui-
uos; quare tardat· [4] Et coepit plorare fi-
lium suum dicens;
Uae mihi fili· quid te dimittebam ire.
lumen oculorum meorum; [5] Et depraeca-
batur eam tobis. et dicebat;
Tace noli satagere. saluus ueniet filius
noster; sed aliqua fortasse mora detinet
illos. nam homo qui cum illo it fidelis
est; Ex fratribus nostris est. noli tribu-
lare· iam ueniet; [7] et dixit anna; Tace;
Molestus es mihi. noli me seducere. periit
filius meus;
Et exiens circumspiciebat uiam cottidie.
qua filius illius profectus fuerat. et nihil
gustabat; lacrimans tota nocte nec dormie-
bat; [8] Et ut consumati sunt quattuordecim
dies nuptiarum de quibus iurauerat raguel.
exiit ad illum tobias. et dixit illi;
Dimitte me. scio enim quia pater meus
et mater mea. non credunt se uisuros me;
Nunc itaque peto pater ut dimittas me. et
eam ad patrem meum. iam tibi indicaui
quomodo eum reliquerim; [9] Et dixit raguel
tobiae; Remane hic penes me. et ego mit-
tam nuntios patri tuo. et indicabunt illi
de te; Et ille dixit; In toto pater peto. ut
dimittas me hinc ad patrem meum; [10] Et
continuo surgens raguel tradidit tobiae sar-
ram filiam suam. et dimidiam partem sub-
stantiae suae. pueros et puellas. boues et
oues. camelos et asinos. uestes uasa et pe-
cuniam. et dimisit illum sanum. et uale-
fecit illi [11] et dixit; Uade fili sanus et sal-
uus. deus caeli deducat te et sarram uxo-
rem tuam. et uideam ex uobis filios an-
tequam moriar; [12] Et adpraehendit illum et
osculatus est. et sarram filiam suam. [13] et
dixit illi; Filia. honorem habe socero tuo
et socrui tuae. ipsi amodo sunt parentes
tui. tamquam pater tuus et mater tua qui
te genuerunt; Uade salua filia. audiam de
te auditionem bonam in uita mea et gau-
dium; Et osculatus est illam. et dimisit;
Et anna dixit tobiae; Fili et frater. deus
caeli det mihi ut uideam filios tuos de
sarra filia mea antequam moriar. ut de-
lecter; coram deo caeli ego trado tibi fi-
liam meam tamquam depositum. ut non
uexes eam omnibus diebus uitae tuae;
Uade fili saluus et sanus. ego mater tua
amodo. et sarra soror tua; Diligat te do-
minus et illam. ut sitis in locum sancti-
tatis omnibus diebus uestris;
Et osculata est utrisque. et dimisit illos
sanos; Et profectus est tobias a raguel gau-
dens. et benedicens dominum caeli et terrae
regi omnium. qui direxit uiam eius; Et be-
nedixit raguel et annam uxorem illius. et
dixit; Iniunctum est mihi a domino ho-
norare uos. omnibus diebus uitae uestrae;
XI, [1] Et profectus est donec uenirent car-
ram. quae est contra ninneuen; [2] Tunc di-
xit rafael angelus tobiae; Frater. non scis
quomodo reliquerimus patrem tuum·
[3] Praecedamus uxorem tuam· et eamus
et praeparemus domum. dum prosequitur
nos; [4] Et praecesserunt pariter. et dixit;
Accipe de felle illo. et habe tecum; Et ha-
biit cum illis et canis. [5] et anna sedebat
in uia. circumspiciens aduentum filii sui;
[6] Et cognouit illum uenientem. et dixit

X, [3] *E anna*, sic codex.
tardat, super interpunctionem nota ut II, 3.
[6] *it*, abrasio ante *it*, et spatium fert unam literam *i* (*iit*).

[11] *sanus*, sic nunc est ex rasura, sed primo fuerat *saluus*, quod statim succedit; correctio 1 manus esse debet.
XI, [2] *tuum*, super interpunctionem nota ut II, 3.

patri illius; Ecce filius tuus uenit. et homo qui cum illo ierat;

[7] Et rafael dixit tobiae; Antequam propinquemus patri tuo. scio quoniam oculi illius aperientur. [8] asparge ergo fel piscis in oculis illius. et insidet medicamentum et tollet albuginem ab oculis eius. et aspicict pater tuus· et uidebit lumen; [9] Anna autem cucurrit et incubuit super collum filii sui. et dixit illi; Uideo te fili. amodo libenter moriar; Et lacrimata est. et tobias lacrimatus est;

[10] Et surrexit tobis et offendebat pedes. et egressus est ostium atrii; et occurrit illi tobias. [11] et insufflauit in oculos patris sui. et adpraehendit illum et dixit; Forti animo esto pater;

Et iniecit medicamentum oculis illius. et morsu illi praebebat; [14] Et decoriauit manibus albuginem ab oculis illius. [15] et respiciens uidit filium suum. et inruit collum eius et lacrimatus est· [17] et dixit; Uideo te fili; Benedictus deus et benedictum nomen illius magnum. et benedicti omnes sancti angeli eius; Sit nomen eius sanctum et benedictum in omnia saecula· quoniam ipse flagellauit me· et ipse misertus est mei; et ecce ego uideo tobiam filium meum; [18] Et introiuit tobis et anna uxor sua in domum gaudentes. et benedicentes deum pro omnibus quae ipsis euenerunt; [19] Et indicauit tobias patri suo. quoniam bene perfecta est uia illius a domino deo. et quia attulit pecuniam. et quemadmodum accepit sarram filiam raguel uxorem· et quia uenit. et ipsa est iam in proximum portae ninneue; Et gauisus est tobis et anna. et exierunt in obuiam nurui suae; Et uidebant tobin qui erant in ninneue euntem et deambulantem cum omni uirtute sua. et neminem eum ducentem. mirabantur;

Et tobis benedicebat magna uoce deum. et ambulabat cum gaudio· et confitebatur illis omnibus quia misertus est illi deus. et aperuit oculos eius;

Et factum est ut propinquauit tobis ad sarram nurum suam. benedixit illi et dixit; Ueni intra filia salua; Benedictus deus qui adduxit te ad nos. et benedictus pater tuus et mater tua. et benedictus tobias filius meus. et benedicta tu filia· intra in domum tuam salua. in benedictione et gaudio; In illo die erat gaudium magnum omnibus iudaeis. qui erant in nineue;

[20] Et uenit achicharus et nabal auunculus illius. gaudens ad tobin;

[21] Et consumatae sunt nuptiae cum hilaritate septem diebus. et data sunt tobiae munera multa; XII, [1] Et postquam consumatae sunt nuptiae. uocauit tobis tobiam filium suum. et dixit illi; Homini qui tecum fuit. augeamus ad mercedem eius. et reddamus ei; [2] Et ille dixit; Pater. quantum illi dabo; Non enim satis est si dedero illi ex his quae mecum attuli· dimidiam partem; [3] Me enim duxit et reduxit sanum. et uxorem meam curauit. et pecuniam meam attulit. sed et te curauit. et quantum illi dabo mercedem· [4] Et dixit illi tobis; Iustum est fili· dimidium horum quae tecum attulit accipere; [5] Et uocauit illum. et dixit; Accipe dimidium horum quae mecum attulisti. et haec erit merces tua. et uade sanus;

[6] Tunc uocauit rafael ambos absconse. et dixit eis; Deum benedicite· et illi confitemini. et maiestati illius date honorem coram omnibus uiuentibus qui fecit uobiscum bona. ut benedicatis deum· et decantetis nomini illius. et sermonibus de operibus eius honorifice ostendite. et confitemini illi;

[7] Quoniam sacramentum regis bonum est abscondere. opera autem dei reuelare et confiteri honorificum est;

[10] *pedes.*, erasum *s* cum interpunctione.

[13] Interpunctio post *illius* erat primo *;*.

[20] *achicharus*, super *i* accentus apponitur, nescio qua manu. *auunculus*, literae *uun* in rasura, nescio qua manu.

XII, [2] *dabo,* super interpunctionem nota ut II, 3.

[3] *mercedem,* super interpunctionem nota ut II, 3.

8 Bona est oratio. cum ieiunio et elymosina;

Melior est parum cum iustitia. quam plurimum cum iniquitate;

Bonum est facere elymosinam· magis. quam thesauros abscondere;

9 Quia elymosina a morte liberat. et ipsa purgat peccata; Qui faciunt miserationes et iustitiam. saturabuntur uita aeterna; 10 Qui faciunt peccata et iniquitatem. hostes sunt animae suae; 11 Omnem aequitatem uobis manifestabo. et non abscondam a uobis quemquam sermonem;

Et iam uobis demonstraui· et dixi. sacramentum regis bonum est abscondere. opera autem dei reuelare et confiteri honorificum est;

12 Et nunc quando orabas tu et sarra. ego optuli memoriam orationis uestrae in conspectu claritatis dei;

Et cum sepeliebas mortuos simpliciter. et quia non pigritatus es exsurgere et relinquere prandium tuum. 13 tunc missus sum ego temptare te. 14 et me misit deus iterum sanare te. et sarram nurum tuam; 15 Ego enim sum rafael angelus unus ex septem angelis sanctis. qui adsistimus et conuersamur ante claritatem dei; 16 Et conturbati sunt utrique. et prociderunt in faciem et timuerunt; 17 Et dixit illis rafael; Nolite timere. pax uobis erit; Deum benedicite omni tempore; 18 Etenim cum essem uobiscum. non mea gratia eram. sed uoluntate dei; Ipsum ergo benedicite. et omnibus diebus decantate; 19 Et uidebatis me quia manducabam. sed uiso uestro uidebatis; 20 Et nunc surgite a terra. et confitemini deo; Et ecce ego ascendo ad deum. qui me misit;

Scribite omnia haec. quae contigerunt uobis; 21 et ascendit in caelum; Et exsurrexerunt. et non poterant illum uidere· 22 Et benedicebant et decantabant domino. et confitebantur illi in omnibus magnis operibus illius. quia apparuit illis angelus dei; XIII, 1 Tunc locutus est tobis. et scripsit orationem et laetitiam. et dixit; Benedictus deus uiuens in aeternum. quoniam in saecula regnum illius est; 2 Quia ipse flagellat et miseretur. deducit usque ad inferos· et reducit; Et ipse reducit de perditione maiestate sua. et non est qui effugiat manum illius; 3 Confitemini illi filii israhel coram gentibus. 4 quia ipse disparsit nos in illis· Et adnuntiate misericordiam illius et exaltate illum coram omni uiuente. quoniam ipse est dominus noster· et deus in omnia saecula; 5 Flagellauit uos ob iniquitates uestras. et omnium uestrorum miserebitur; Et congregabit uos ab omnibus gentibus quocumque dispersi fueritis ab illo. ut faciatis coram illo ueritatem; Tunc reuertetur ad uos. et non auertet a uobis amplius faciem suam; 6 Et nunc aspicite quae fecit uobiscum. et confitemini illi ex toto corde uestro. et benedicite deum iustitiae. et exaltate regem saeculorum; 7 Ego in terra captiuitatis meae confiteor illi. et ostendo uirtutem illius in genti peccatrice; 8 Conuertimini peccatores et facite iustitiam coram illo. quis scit si uelit uos ut faciat uobiscum misericordiam;

9 Ego et anima mea regi caeli laetationem dicam. et anima mea laetabitur omnibus diebus uitae suae;

10 Benedicite deum omnes electi· et laudate maiestatem illius. et agite dies laetitiae. et confitemini ei;

11 Hierusalem ciuitas sancti. flagellauit te in operibus manuum tuarum;

12 Confetere domino deo saeculorum. ut iterum tabernaculum tuum aedificetur cum gaudio. et laetos faciat in te omnes captiuos· et diligat in te omnes miseros. in omnia saecula saeculorum; 13 Luce splendida fulgebis. in omnibus finibus terrae;

14 Gentes multae uenient tibi ex longinquo. inhabitare ex nouissimis partibus terrae ad nomen domini dei. et munera in manibus habentes regi caeli cum laetitia offerent. 15 et nomen magnum eris in saecula saeculorum;

XIII, 12 *Confetere,* sic, sed manus serior correxit *Confitere.*

[16] Maledicti erunt omnes qui spernunt te. et omnes qui dixerunt uerbum durum. et omnes qui deponunt te et destruunt muros tuos. et omnes qui subuertunt turres tuas. et omnes qui succendunt habitationes tuas;

Et benedicti erunt omnes. qui ædificant te in aeternum; [17] Tunc gaude et laetare in filiis iustorum. quia omnes colligentur et benedicunt deum aeternum; [18] Beati qui diligunt aeternum. et beati qui gaudent in pace tua; Beati omnes qui flagellabuntur in omnibus flagellis tuis. quoniam in te gaudebunt. et uidebunt omnes gaudium tuum in aeternum; [19] Anima mea benedic deum regem saeculorum qui liberauit hierusalem. et aedificabitur domus illius in omnia saecula saeculorum; [20] Beatus ero si fuerint reliquiae de semine meo. ad uidendam claritatem tuam; et confitemini regi saeculorum; [21] Hostia hierusalem saffhiro et smaragdo fabricabuntur. lapide pretioso;

Omnes muri tui et turres hierusalem auro aedificabuntur. et propugnacula eius auro mundo; [22] Plateae hierusalem carbunculo lapidis sternentur. et hostia hierusalem canticum exultationis dicent. et omnes uicini eius loquentur alleluia; [23] Benedictus deus qui exaltat te. et benedictus in omnia saecula saeculorum. quoniam in te benedicent nomen sanctum in aeternum;

XIV, [1] Et postquam consumati sunt .... sermones confessionis tobis. [2] mortuus est n pace annorum centum duodecim. et sepultus est praeclare in ninneue; [3] Quinquaginta ·VIII annorum erat cum oculis captus esset. et quinquaginta quattuor annos postquam lucem accepit uixit tobis. et omnibus faciens elymosinas. [4] et magis proposuit deum colere et confiteri magnitudini dei;

[5] Et cum moreretur. uocauit tobiam filium suum et septem filios eius. et praecepit illis dicens; [6] Fili. dilige filios tuos· et recurre in ciuitate medica. quoniam credo uerbo dei super ninneue quia omnia erunt et uenient super assyrios et ninneue. quae locuti sunt prophetae israhel quos misit deus; Omnia euenient. et nihil minuetur ex omnibus uerbis. sed omnia contingunt temporibus suis;

Et in medica erit salus magis. quam apud assyrios et babilonia; Quoniam scio· et credo quia omnia quae dixit deus erunt et perficientur. et non excidit uerbum de sermonibus dei;

Sed fratres nostri qui inhabitant terram israhel· dispergentur omnes ex illis. et captiui ducentur a terra optima;

[7] Et erit omnis terra israhel deserta usque in tempus. et iterum miserebitur illorum deus in terra israhel. et iterum aedificabunt domum. et non sicut iampridem quoadusque repleatur tempus maledictionum;

Et postea reuertentur de captiuitate sua. et omnes aedificabunt hierusalem honorifice. et domus dei aedificabitur in ea. et in omnes generationes saeculorum aedificabitur. sicut de illa locuti sunt omnes prophetae israhel;

Et nunc omnes gentes terrae conuertentur ad dominum. [8] et relinquent omnes simulacra sua quae seducunt illos falso errore. et omnes benedicent dominum in aeternum cum iustitia; Et omnes filii israhel qui liberabuntur in diebus illis. memores erunt deum in ueritate;

Et congregabuntur et uenient in hierusalem inhabitabunt in aeternum illo die cum diligentia. et omnis iustitia in illis erit; [9] Et gaudebunt qui diligunt deum uere. et qui faciunt peccatum et iniquitatem. deficient de terris omnium; [10] Et nunc filii mando uobis seruite deo in ueritate et facite coram illo quod ipsi placet; [11] Et filiis uestris mandate ut faciant iustitiam et elymosinas. ut sint memores dei. et ut benedicant nomen illius in omni tempore in

XIV, [1] Post vocem *sunt* est rasura novem fere literarum.

[6] *prophetae israhel*, inter utramque vocem in summo ductus fere ut *i* prima, ut videtur, manu

ueritate et in omni corde suo. et in omni
uirtute sua; [12] Et nunc fili exi de ninneue
et noli manere hic. sed quocumque die se-
pelieris matrem tuam iuxta me. eodem die
noli manere in finibus eius; [13] Uideo enim
quoniam multa iniquitas est in ea. et fin-
ctio multa perficietur. et non confunduntur;
Ecce filius nabath quid fecerit achicharo ci
qui te nutriuit. quem uiuum deduxit in
terra deorsum; Sed reddidit deus malitiam
illius ante faciem ipsius. et achicharus exiit
ad lucem· et nabath intrauit in tenebras
exteriores. quia quaesiuit nabath occidere
achicharum; [14] Et abiit tobias postquam
sepeliuit parentes suos· et uxor eius et filii
eius in regione medica. et habitauit in ci-
uitate exbathana cum raguel socero suo.
[15] et curam habebat senectuti illorum ho-
norifice. et sepeliuit illos exbathana· re-
gione medica; Et hereditatem percepit do-
mus raguel et tobi patris sui. [16] et mor-
tuus est annorum CXVII cum claritate;
[17] Et antequam moreretur. audiuit et uidit
perditionem ninneue; Et uidit captiuitatem
illius abductam in regionem medicam. quam
abduxit rex archar medicae; Et benedixit
deum in omnibus quae fecit in filiis nin-
neue· et assyrios. et gauisus est antæquam
moreretur in terra ninneue;

[14] *exbathana*, literae *ex* in rasura sunt in spatio regulari, sed 1 m.

INCIPIT ORATIO SALOMONIS.

13 Et inclinauit salomon genua sua in
conspectu totius ecclesiae israhel· et aperuit manus suas ad caelum 14 et dixit· Do-
mine deus israhel non est tibi similis deus
in caelo sursum neque in terra deorsum
qui custodis testamentum tuum et mise-
ricordiam pueris tuis euntibus in con-
spectu tuo in toto corde 15 seruans puero
tuo dauid quae locutus es illi et locutus
es in ore tuo et in manus tuas supplesti
quasi dies iste· 16 Et nunc domine deus
israhel custodi puero tuo dauid patri meo
quae locutus es illi dicens· Non deerit tibi
uir a facie mea sedens in throno israhel·
Uerum si custodierint filii tui legem meam
ut in praeceptis meis ambulent· sicut am-
bulauerunt in conspectu meo fideles· 17 Et
nunc domine deus israhel creditum est uer-
bum quod locutus es puero tuo dauid·
18 quoniam si uere habitauit deus cum
hominibus in terra·
Si caelum caeli non sufficiat uerum do-
mus quam aedificaui 19 sed respicias ad ora-
tionem pueri tui et ad deprecationem do-

Haec Salomonis oratio ex libro II Paralipomenon, VI, 13-22, reperitur in codice nostro ad calcem Ecclesiastici, ut in plerisque libris adhibitis a Petro Sabatier, et in aliis quinque Ambrosianae Bibliothecae. Textus codicis vix differt ab edito a Sabatier, et ejus brevitas tantum me adduxit ut integrum ederem. Pars interpunctionis vel certe, vel verisimiliter est a secunda manu, et hanc neglexi. Scriptura est alia ab illa libri II Machabaeorum et libri Tobiae. Vers. 20 litera *h* vocis *hac* semiabrasa est.

Ut jam innui, eadem oratio extat ad calcem Ecclesiastici in aliis quinque codicibus Ambrosianis, quos numeris 2-6 notabo. Sunt autem: 2 *B*. 27. *Inf.* 3 *B*. 48. *Inf.* 4 *B*. 57. *Inf.* 5 *C*. 223. *Inf.* 6 *E*. 53. *Inf.* Postremus est seculi X, ceteri XII fere seculi. Num eadem oratio extet in aliis junioribus codicibus nostris, non indagavi. Contuli omnes quinque libros ad textum a me editum, sed interpunctionem et orthographicas varietates vel errores neglexi.

13 *sua* — omittit 4.

aperuit — *expandi* 5 prima manus, secunda *expandit*.

ad — *in* 3.

14 *tibi similis* — *similis tibi* 3, 5.

misericordiam — addunt *tuam* 2, 3, 4.

euntibus — omittit 4.

15 *manus tuas* — *manu tua* 2, 3, 4, 5, 6.

supplesti — *implesti* 2, 5.

iste — *isti* 5.

16 *uir* — *uirtus* 5.

Uerum — *Uerumtamen* 2, 3, 4, 5, 6.

ut — *et* 4.

ambulent — *ambulauerint* 4: *dilexisti* 5.

sicut — *Sic* 5.

17 Totus versus deest in 2.

est — *adest* 5.

quod — omittit 5.

18 *quoniam* — *quod* 3.

si uere — omittit 4.

habitauit — *habitabit* 2, 3, 6: *perhabitauit* 5.

Si caelum caeli non sufficiat verum domus — *Si enim cælum et cæli cælorum te capere non possunt. quanto magis non sufficiat domus hæc* 6.

sufficiat uerum domus — *sufficiunt tibi. quanto magis domus hæc* 2, 4, 5.

sufficiat — addit *tibi* 3.

domus — *quanto magis haec* 3.

19 *respicias* — *respiciens* 5.

ad secundum — omittunt 2, 3, 4, 5, 6.

deprecationem — *precationem* 3, 4, 5, 6.

mine ut exaudias placationem orationis
quam puer tuus orat coram te odie [20] ut
sint oculi tui super domum hanc die hac
nocte et in locum quem dixisti inuocari
nomen tuum

[21] Et exaudias orationem quam puer
tuus orat in hunc locum et exaudias deprecationem pueri tui et populi tui israhel·
Si orauerit in loco isto et exaudias in loco
habitationis de caelo et exaudias et propitius sis·

[22] Si peccauerit uir iuxta te ·,·

domine — *deus* 2, 4: omittit 5.
exaudias — *exaudiam* 5: addunt *domine* 2, 4, 5.
placationem — sic ex correctione primae manus, sed primo *deprecationis* 4.
[20] *tui* — addunt *aperti* 2, 4.
domum hanc — *hanc domum tuam* 4.
hac — *et* 2, 3, 6.
et — omittunt 2, 3, 4, 5, 6.
locum — *loco*, 3, 6.
quem — *quo* 2; *in quo* 6.

[21] *exaudias* primo — *exaudies* 5.
hunc locum — *hoc loco* 3, 6.
et — omittit 4.
deprecationem — *precationem* 3, 4, 5, 6.
orauerit — *orauerint*, 2, 3, 4, 6.
isto — addunt *et exaudias in loco isto* 3, 6.
exaudias — *exaudies* 5.
de — *in* 3, 6.
[22] *iuxta* — *in* 5.

INCIPIT LIB. HESTER.

(XI) [2] ANNO SECUNDO REGNANTE ARTAXERSE REGE MAIORE· Prima mensis qui est xandicui uisum uidit mardocheus· qui fuit iarim qui simei· qui ciseus· ex tribu beniamin [3] homo magnus curans in aula regis· [4] et erat ex captiuitatæ· quam adduxit nabuchodonosor rex· cum iechonia rege iudae· [5] Et hoc erat ipsius uisum· ecce uoces et tumultus· et tonitrua· et terremotus· et conturbatio magna super terram· [6] Et ecce duo dracones magni parati prodierunt uterque luctari· [7] et facta est illorum magna pugna· [8] et dominabantur· et populus adnuntiabatur· Dic autem tenebrosa et malo et strepitus magnus in his qui sunt super terram·

[9] Et timuerunt perditionem· [10] et clamauerunt ad dominum· A uoce clamoris eorum· et factus est sonitus· et fons unus· Et ex fonte illo· exiit flumen magnum aqua multa· [11] et lux solis· et luxit· et humilis exaltati sunt et comederunt gloriosos· [12] Et surrexit mardocheus· uiso somnio· et dixit. Quid deus cogitat facere? Et erat uisum occultum in sensum eius donec reuelaretur·.

I, [1] Et factum est in diebus artaxerse regis ipse est rex pugnas regnans ab india usque ethiophiam centum uiginti et septem regionibus· [2] In illis diebus quando sedit rex artaxerses in tribunali regni sui quod erat in susis tebari· [3] In anno ·XII· regni sui· fecit ...um h.. qui erant inuenti in susis te.......... la [6] ....
desperna· et carbosyna· et yacinna· organa extenta funibus· carbasynis et purporeis subrotatis columnae uariae uipiperire· lecti aurei· et argentei super lapides marmoratos strati· et pictura uaria [7] et uinum multum et suaue de quo ipse rex bibebat· [8] et precepit actoribus domus· ad iocunditatem ut biberent secundum legem· [9] Et uastes regina fecit potum magnum mulieribus in regno artaxersis· [10] Diae autem septimo iucundus factus est artaxerses· rex· et iussit moasma· narbona· abatha· iazataicce· desthar· asceth· tharecta· septem spadonibus· qui ministrabant in conspectu eius·

Incipit Fragmentum statim post Prologum s. Hieronymi, et procedit sine interruptione ad II, 23 *et inventum est,* post quae sine titulo ullo, sed linea resumpta, rubrica et vetustis literis quadratis exarata, incipit liber Esther juxta Vulgatam. Titulus INCIPIT LIB HESTER et initium usque ad MAIORE sunt literis varii moduli et formae rotundae et quadratae et exornatis coloribus. In fronte fere cujusque paginae LIB. HESTER literis quadratis. Scriptura et interpunctio eadem ac libri secundi Machabaeorum.

XI, [2] ARTAXERSE REGE MA, ista fere deperdita in textu, sed omnino certa, in margine adscripsit manus serior.

[8] *tenebrosa,* ipsa 1 manus ex *a* effecit *o*, *tenebroso.*

[9] In marg. sinistro lineola manus dubiae.

[11] *humilis,* sic codex.

[12] *facere?*, sic fere interrogandi nota in codice hic et alibi.

I, [1] *rex pugnas regnans,* *r* vocis *rex* et *ns* vocis *regnans* vel abrasa, vel casu fere ut abrasa, licet certa ex codice. Ceterum sic in codice totus versiculus.

[3], [6] Perierunt nonnulla avulsa membrana: ratione spatii *la* videntur reliquiae vocis *aula,* ut legerit codex *tebari in aula.* Post haec reliquia videtur esse literae majoris *E.*

[7] *bibebat, be* omissum supplevit 1 manus.

[10] *septem*, primo *spe-*, sed in actu scriptionis correctum, et fere erasum *p* post *s.*

11 Ut inducerent ad se reginam ut regnaret
et ipsa· Et inponeret illi diadema et de-
monstraret eam omnibus principibus et gen-
tibus· Ut uideretur species eius quoniam
formonsa erat· 12 et non obaudiuit regina
uenire cum eis·

Et contristatus est rex et iratus est ual-
de· 13 et dixit amicis suis· secundum haec
quæ locuta est uastes· Dixit autem omni-
bus legem et iudicium. 14 Et accesserunt
ad eum mardocheus· sortatheas. pabatha-
leus. malesar· et muceas principes persa-
rum et medorum· qui proximi erant regi
adsidentes ei· 15 Et responderunt illi se-
cundum legem quemadmodum oporteret
fieri reginae· quoniam non obaudiuit his
quae a rege dicta erant per spadones·
16 Et dixit mucheas ad regem et ad princi-
pes· Non solum regem nocuit uastes regina·
sed etiam principes regis et gentes regni
artaxersis· 17 Audita est autem contumelia
regis ab omnibus mulieribus qua contem-
nerent uiros suos· Ecce enim regina neglex
et contempsit· 18 quomodo non et primae
muliere. persarum et medorum neg.........
et contumeliam facient ui...........................
famiæ tradentur aduersus regem· etiam his
qui extra regnum sunt· 19 Si ergo placet
tibi maximae rex· et optimum est sensui
tuo· Iubeat rex et scribatur secundum le-
gem persarum et medorum· de malitia ue-
stes reginae quomodo abusa est te· Quo-
niam non introiit ad regem artaxerser· et
regnum eius tradat rex mulieri· meliori
quam illa est· 20 Et cum auditum fuerit
uerbum regis quod fecit in regno suo·
quoniam uerum est· Omnes mulieres in-
ponent honorem uiris suis a pauperibus
usque ad honestas· 21 et placuit uerbum
regi et principibus· Et fecit rex secundum·
ea quae locutus est mucheas· 22 Et misit
rex litteras in omne regnum suum per sin-
gulas quasque regiones· secundum inter-
praetationem eorum· ut esset unusquisque
princeps in domo sua· et fuit timor ma-
gnus in omni muliere· II, 1 et post uerba
sua requieuit rex ab ira sua· et commemo-
ratus est quae fecit uastes· et quemadmo-
dum et respondit· Et ut requieuit rex ab ira
2 dixerunt illi amici eius. Quaerantur uir-
gines elegantes speciae· et statuit rex spe-
culateres in omni regione regni· 3 Et ele-
gantur uirgines adducantur in susis thebari
in conuentum mulierum· et addentur ei
nitores· 4 et quae placuerit regnet pro ua-
sti· Et placuit regi uerbum et fecit sibi·
5 et erat homo iudeus in susis tebari· et
nomen eius mardocheus· qui scis reu· ex
tribu beniamin· 6 ex captiuitate hierusalem·
quam coeperat nabuchodonosor rex baby-
loniae· 7 et erat illic filia fratris patris sui·
Et nutrierat mardocheus sibi adoptatam fi-
liam· quoniam erat orfana· Erat autem haec
puella speciosa effigiæ· et quando obierunt
pater et mater· nutriuit eam mardocheus
sibi in filia· et nomen eius hester· 8 Et
quando audita sunt uerba regis adunate
sunt uirgines multae· Quae in susis erant
ciuitate sub manibus oggei· Et adprehensa
est hester· ab oggeo custode· mulierum·
9 et inuenit hester gratiam ante eum· et
festinauit ad omnes nitores eius· et septem
puelle constitutae de domo eius aetatis ip-
sius in conspectu mulierum· 10 Et non o-
stendit hester genus suum nec patriam·
quoniam mardocheus praeceperat ei ne re-
nuntiaret· 11 et cotidianis diebus mardo-
cheus circuibat in atrium muliere· specu-
lans hester quid eueniret ei· Et quando es-
set tempus ut introiret ad regem· 12 Quan-
do autem adimpletum est tempus puellae
mensum duodecim· sic enim replebantur

11 *formonsa*, *n* erasum.

17 *neglex*, sic cum puncto 1 manus super *x* quo linea finitur: ex *et* sequenti fortasse omissum *it*, et punctum nota erroris est.

18 *muliere*, defectus literae *s*, ut v. 5.

19 *uestes* et *artaxerser*, sic.

II, 1 *et respondit*, sic *et*, non *ei*.

2 *Quaerantur*, *ur* compendio 1 m., ut videtur, scriptum, sed post *t* est abrasio duarum fere literarum.

speculateres, sic codex, non *speculatores*.

5 *susis*, post *su*, quo linea finitur, addidit *i* manus, quae videtur serior ex atramento et forma literae.

7 *illic*, sic, non *illi*.

11 *muliere*, sic.

dies curationis menses sex in aromati-
bus et nitoribus mulierum et menses sex
in oleo smyrneo· 13 et tunc introibat ad
regem·

14 Et cum introiret de atrio mulier in
domum regis ad die una recurrebat in
atrium muliebrae secundo die· Non enim
habebat spado potestatem in atrio ducendi·
si non uocaretur secundum nomen· 15 Cum
autem expletum est tempus introeundi he-
ster filia abiel fratris patris mardochei· qui
nutrierat eam sibi filiam;

Factum est ut introiret ad regem· et
nihil postulauit ab eo· ex quibus dicebat
ei spado· Erat enim hester inueniens gra-
tiam ab omnibus qui intuebantur eam·
16 et introducta est hester ad regem duo-
decimo mense qui est adar· mense septimo
regni eius· 17 Et amauit rex hester· et in-
uenit gratiam in conspectu eius prae om-
nibus uirginibus· et inposuit ei diadema·
et reginam fecit eam pro uasti·

18 Et fecit rex conuiuium omnibus ami-
cis suis· et omni uirtuti suae ad nuptias
hester· et remissionem fecit omnibus re-
gionibus· 19 Mardocheus autem sedebat in
atrio regis· 20 hester uero non indicauit ge-
nus suum· neque patriam secundum quae
praeceperat ei mardocheus cum esset cum
illo· Et iussit illi ut omnia seruaret· ac si
esset cum eo et timeret dominum in omni
diæ·

21 In diebus illis· mardocheus sedebat in
aula regis· et post haec quaesierunt ba-
stageus· et tedestes duos spadones regis
qui seruabant atrium interficere regem·
22 Et cognitum est negotium mardocheo·
et ostendit mardocheus hester· et hester
demonstrauit regi in nomine mardochei·
23 et inquisiuit negotium et inuentum est;

14 *de atrio*, inter *e* et *a* litera abrasa fuit, et ductus medius literae *e* exiens refectus fuit manu dubia. *recurrebat*, tertium *r* refectum 1 manu ex *c*, ut apparet.

21 *tedestes*, *t* in rasura m. dubia. Post sic *duos*.

ADDITAMENTUM IN FINE LIBRI IOB.

In terra quidem habitasse iob auxitidi in finibus idumeae et arabiae. et erat ei nomen iobab; Et accepta uxore arabissa. genuit filium cui nomen erat ennon; Erat autem ipse iobab filius zarae. de esau filiis filius;

De matre uero borra. ita ut sit quintus ab abraham; Et hi sunt reges qui regnauerunt in edom. in qua et ipse regnauit regione; Primus bala filius behor. et nomen ciuitatis eius dennahaba; Post autem balac. iobab. qui uocatur iob; Post hunc churan. qui erat dux ex themanorum regione; Post hunc. ada filius baead. qui excidit madiam in campo moab;

Et nomen ciuitatis eius. cetthacabit;

Ad calcem libri Iob est istud additamentum, et titulus praeit INCIPIT ARGUMENTUM HUNC ARGUMENTUM HIERONIMI IN FINEM LIBRI INUENI SCRIPTUM. Et post additamentum sequitur quod de libro Job habet S. Hieronymus in Prologo galeato praemissa nota ITEM ALIUM ARGUMENTUM. Ratio interpunctionis est ut in libro Tobiae; ejusdem enim et scripturae est.

balac, post *c* rasura, in qua est et interpunctio manu dubia.

FRAGMENTA EXODI ET ISAIAE.

DOM. IIII DE QUAD. LEC. LIBRI EXODI:

XIV, 15 Locutus est dominus ad moysen dicens: Quid proclamas ad me. dic filiis israel ut coniungant se:

16 Et tu leua uirgam tuam. et extende manum super mare. et diuide illud: Et intrent filii israel. in medium máre per siccum: 17 Et ecce ego firmabo cor pharaonis. et ægyptiorum omnium. et intrabunt post eos: Et honorificabor in pharaóne. et in omni exercitu eius. et in cúrribus et in æquis:

18 Et scient omnes ægyptii quia ego sum dominus. cum honorificabor in pharaone. et in curribus et in æquis eius: 19 Abstulit autem angelus domini. qui antecedebat castra filiorum israel columna ignis. et abiit post illos: Abstulit autem et columnam nubis a facie eórum. 20 et stétit post illos:

Et intrauit per media castra ægyptiorum. et per media castra israel: Et factæ sunt tenebræ et caligo et transiit nox. et non comiscuerunt se aliis tota nocte: 21 Extendit autem moyses manum super mare. et induxit dominus mare in uento austro ualido tota nocte. et fecit mare siccum ét diuisa est aqua: 22 Et intrauerunt filii israel. per medium maré per siccum: Aqua autem erat illis murus. dextra atque sinistra: 23 Consecuti sunt autem ægyptii. et intrauerunt post eos. omnis æquitatus pharaonis. et currus et ascensores. in médium mare:

24 Factum est autem in uigilia matutina. et inspexit dominus castra ægyptiorum in columna nubis. et conturbauit castra ægyptiorum. 25 et conligauit axedones et curruum eorum. et ducebat eos cum ui. et dixérunt ægyptii: Fugiamus a facie israel. dominus enim expúgnat pro eis ægyptios:

Conquirens libros Missales Ambrosianos vetustos in Bibliotheca Capituli Metropolitani Mediolanensis, ab isto mihi usui concessos, reperi tandem quem anxie desiderabam codicem liturgicum Armiensem, ex quo in schedas Ambrosianas descriptae fuerant quatuor Exodi et una Isaiae lectio juxta veterem ex LXX translationem: nec jam ex apographo Ambrosiano seculi elapsi, quamquam non malo, sed ex ipso codice licet edere fidentius has sacras reliquias quantivis pretii. Codicem quidem describam in ea quam paro editione vetustissimi libri Missalis Ambrosiani cum collationibus aliorum antiquorum usque ad sec. XII inclusive; nunc satis sit indicasse sec. esse IX vel X et ab Armio, pago in montibus sito Lacus Verbani prope oppidum Luinum, in Capituli Metropolitani Bibliothecam pervenisse certe ante finem seculi elapsi ex nota in apographo Bibliothecae Ambrosianae.

Scriptura est elegans, interpunctio minor est ex puncto mediae fere literae appositum cum lineola oblique subscripta, rarissime et ex supplemento cum lineola superius adscripta, interpunctio plena fit adscriptis puncto imae literae, et virgula summae; priorem puncto *simplici*, alteram duobus punctis retuli. Interdum nota ut accentus occurrit constans lineola obliqua superscripta et eam retinui.

In codice lectiones se excipiunt ratione Dominicarum; ordinem Scripturae Sacrae ipse secutus sum.

In lectionibus istis solum quatuor Dominicae Quadragesimae ante Dominicam *in ramis Olivarum:* codex iste mutilus post Pascha incipit, sed vetusti libri Missales Ambrosiani IX et X seculi primam dicunt Dominicam Quadragesimae, quae nunc secunda est, et prima appellatur *Dominica in capite Quadragesimae*.

Ex. XXXIV, 1-27, extat etiam in libro *Par Palimpsestorum Wirceburgensium... ed. Ernestus Ranke*, Vindobonae, 1871.

XIV, 15 *moysen*, super *y* punctum, et sic semper super hac litera.

israel, semper scriptum *isrl* cum nota compendii.

19 *columna*, sic.

20 *caligo, aliis*, ex membrana superducta ad codicem resarciendum dubiae literae *o* et *is*, nec liquet si post *is* fuerit quid.

23 *medium*, nota I m. ut accentus super *m* finale.

[26] Dixit autem dominus ad móysen: Ex-
tende manum tuam super mare. et con-
uertatur aqua. et cooperiat ægyptios. et
currús et ascensores eorum: [27] Extendit au-
tem moyses manum super mare. et con-
uersa est aqua ad díem. in locum suum:
Aegyptii áutem fugérunt sub aquam: Et
excussit dominus ægyptios in medio mari.
[28] et conuersa est aqua. et cooperuit cur-
rus et ascensores. et omnem uirtutem pha-
raonis. qui intrauerant post eos in mare.
et non est relíctus ex éis nec unus: [29] Fi-
lii autem israel. transierunt per siccum per
médium mare: Aqua autem erat illis mu-
rus. dextra leuaque:

[30] Et liberauit dominus filios israel in
illa die. de manu ægyptiorum: [31] Et uidit
israel ægyptios mortuos. ad litus maris:
Uidit autem israel manum magnam. quam
fecit dominus ægyptiis. et timere coepit po-
pulus dominum. et crediderunt deo. et
moysi seruo eius:

DOM. PRIMA. DE QUAD. LEC. LIBRI EXODI.

XX, [1] Locutus est dominus ad moysen
dicens: [2] Ego sum dominus deus tuus. qui
eduxi te de terra egypti. de domo serui-
tutis: [3] Non erunt tibi dii alii preter me.
[4] et non facies tibi idolum. neque ullam
similitudinem. quæcumque sunt in terra
deorsum. et quæcumque in aquis sub terra:
[5] Non adorabis eos. neque seruies:

Ego enim sum dominus deus tuus. deus
zelans. reddens peccata patrum in filios. in
tertiam et quartam progeniem his qui ode-
runt me: [6] Et faciens misericordiam in mi-
lia diligentibus me. et custodientibus præ-
cepta mea. [7] Non sumes nomen domini dei
tui in uanum:

Non enim emundat dominus eum. qui
accipit nomen eius in uanum: [8] In mente
habeto diem sanctum. sanctificare eum:
[9] Sex diebus operaberis. et facies omnia o-
pera tua. [10] septimum autem diem. sanctum
domini dei tui:

Non facies in ea omne opus. tu et filius
tuus et filia tua. puer tuus et ancilla tua.
bos tuus et subiunctorium tuum. et omne
pecus tuum. et aduena qui habitat apud te:
[11] In sex enim diebus fecit dominus cæ-
lum et terram. et mare et omnia quæ
sunt in eis. et requieuit die septimo: Pro-
pter hoc benedixit dominus diem septi-
mum. et sanctificauit eum: [12] Honora pa-
trem tuum et matrem tuam. ut bene tibi sit.
et longi temporis sis super terram. quam
dominus deus tuus dabit tibi: [13] Non moe-
chaberis. [14] non occides. [15] non perierabis.
non furaberis. [16] non falsum testimonium
dices aduersus proximum tuum. [17] Non
concup----- uxorem proximi tui: Neque
agrum eius. neque seruum eius. neque an-
cillam eius. neque bouem eius. neque sub-
iunctorium eius. neque ullum pecus eius.
neque quicquid proximi tui fuerit: [18] Et
omnis populus audiebat uocem domini. et
lampades et uocem tube. et montem fu-
mantem: Timens autem omnis populus.
steterunt a longe. [19] et dixerunt ad moy-
sen: Loquere tu nobis. et non loquatur
ad nos dominus ne forte moriamur: [20] Et
dixit eis moyses: Animæqui estote. ut enim
templare uenit dominus ad uos. ut fiat ti-
mor eius in uobis ne delinquatis: [21] Stabat
autem totus populus a longe. moyses uero
intrauit in nubem. ubi erat dominus: [22] Di-
xit autem dominus ad moysen: Hæc dices
domui iacob. et adnuntiabis filiis israel:
Uos uidistis. quoniam de cælo locutus sum
ad uos: [23] Non facietis uobis deos argen-
teos. et deos aureos. non facietis uobis ipsis:
[24] Altare de terra facietis mihi. et immo-
labitis super illud holocausta. et salutaria

[26] nota super *moysen* ex colore et forma m. dubiae.

[30] *ægyptiorum,* super *æ* nota ut accentus.

XX, [8] *mente,* post *e* finale crasa litera, *m* ut videtur.

[14] *moechaberis, o* supplet 1 manus.

[16] *testimonium, um* dubia ut XIV, 20.

[17] *concupisces* ex spatio, sed *isces* perierunt avulsa membrana.

[20] *templare,* sic, non *templaret.*

[21] *moyses,* prius *s* refectum m. dubia in rasura. *intrauit,* literae *au* in rasura sed 1, ut apparet, manu.

uestra: Oues et uitulos uestros. in omni loco quocumque adnominauero. nomen meum ibi: Et ueniam ad te. et benedicam te. dixit dominus:

DOM. II DE QUAD. LEC. LIBRI EXODI:

XXXIV, [1] Locutus est dominus ad moysen dicens: Fac tibi duas tabulas lapideas sicut priores. et ascende ad me in montem. et scribam in tabulis uerba. quæ erat scripta in tabulis prioribus quas confre--sti. [2] et esto paratus mane: Et ascendes mane in montem sina. et stabis in cacumine montis:

[3] Et nemo ascendat tecum. neque pareat in toto monte et oues et boues. nec pascantur iuxta montem illum:

[4] Et fecit duas tabulas lapideas. quemadmodum et priores. et mane uigilans moyses. ascendit in montem sina. sicut constituit ei dominus: Et sumpsit moyses secum duas tabulas lapideas. [5] et descendit dominus in nube. et stetit cum eo ibi. inuocauit nomen domini: [6] Et transiit dominus ante faciem illius. et uocauit dominum: Dominus deus miserator et misericors. magnanimis et multum mis-ricors et uerax. [7] et iustitiam conseruans. et faciens misericordiam in milia. auferens iniquitatem et iniustit--- et peccata. et non emundans reum: Inducens pe-cata patrum in filios. et in filios filiorum. in tertiam et quartam progeniem: [8] Et festinans moyses. et in terram procidens. adorauit deum [9] et dixit:

Si inueni gratiam in conspectu tuo. comitetur dominus deus nobiscum: Populus enim dura ceruice est:

Et auferes tu peccata et iniquitates nostras. et erimus tui: [10] Et dixit dominus: Ecce ego dispono testamentum meum coram omni populo. et faciam gloriosa quæ non sunt facta in tota terra. et in omni gente:

Et uidebit omnis populus in quibus est opera domini. quoniam mirabilia sunt que ego faciam tibi. dixit dominus:

DOM. III IN QUAD. LEC. LIBRI EXODI:

XXXIV, [23] Locutus est dominus ad moysen dicens: Tria tempora anni. apparebit omnem masculinum tuum. in consp--tu domini dei israel: [24] Cum ergo eiecero gentes a fa--- et dilatauero fines tuos. non concupiscet quisquam terram tuam. cum ascendes uideri in conspectu domini dei tui. per tria tempora anni: [25] Non occides in fermento sanguinem immolationis meæ. et non dormiet in mane immolatio. sollemnis diei pasche: [26] Initia terræ tuæ. inferes in domum domini dei tui: Non quoques agnum in lacte matris suæ: [27] Et dixit dominus ad moysen: Scribe tibi uerba hæc. quoniam in uerbis his disposuit tibi testamentum. et huic israel: [28] Et erat ibi moyses in conspectu domini. quadraginta diebus et quadraginta noctibus. panem non manducauit. et aquam non bibit:

Et scripsit in tabulis uerba testaménti décem uerba: [29] Cum autem descenderet moyses de monte. et duæ tabule in manibus moysi erant:

Descendente autem eo de monte. nesciebat moyses. quia glorificata esset facies eius. et color aspectus eius. in eo cum loqueretur deus cum eo:

[30] Et uidit aaron et omnes filii israel moysen. et erat glorificata facies eius. et color aspectus eius. cum loqueretur eis.

XXXIV, [1] *erat*, sic.

confre--sti, auulsa membrana pro *gi*.

[6] *magnanimis*, post vocem interpunxerat scriba, sed voce sequenti interpunctionem cooperuit partim et reprobavit.

mis-ricors, sine *e* abscissa membrana.

[7] *iniustit*, abscissa membrana pro *iam:* et sic infra pro *c* priori in voce *pe-cata*.

[9] *dominus*, hujus vocis per compendium scriptae, ut mos codicis, solum *dn* reliqua.

[23] *omnem*, sic.

[23] et [24] Ullae literae perierunt avulsa membrana.

[25] *dormiet*, *o* retractatum videtur manu dubia, a qua fortasse et nota ut accentus super eo; quid fuerit prius non liquet, fortasse fuit litera *u*.

[29] *aspectus*, *s* finale suppletum 1 m.

et timuerunt accedere ad eum: 31 Et uo-
cauit eos moyses. et conuenerunt ad eum
aaron et principes sinagoge. et locutus est
moyses ad eos: 32 Et post hæc accesserunt
ad eum omnes filii israel. et nuntiauit eis
omnia. quæcumque locutus est dominus
ad eum. in monte syna:

33 --mox ut cessauit loqui ad eos. impo-
suit in fa---------- uelamen: 34 Cum au-
tem introiret moyses in conspectu domini
ut loqueretur ei. auferebat uelamen. usque
dum exiret: Et exiens. loquebatur--- om-
nibus filiis israel. quæcumque mandauit ei
dominus: 35 Et uiderunt filii israel faciem
moysi. quia glorificata est facies eius. et
circumdedit moyses uelamen in facie sua.
usque dum introiret cónloqui cum eis:

XXXV, 1 Et conuocauit moyses omnem
synagogam filiorum israel. et dixit ad eos:
Hæc sunt uerba quæ dixit dominus. ut fa-
ciatis illa:

DOM. IN RAMIS OLIUARUM. LEC. ESAIÆ PROPHETÆ.

LIII, 1 Domine quis credidit auditui no-
stro. et brachium domini. cui reuelatum
est: 2 Adnuntiauimus coram ipso ut puer.
ut radix in terra sitienti: Non est ei spe-
cies neque gloria uidimus eum. et non ha-
buit speciem. neque decorem: 3 Sed species
eius sine honore. et abiecta. pre omnibus
hominibus: Homo in plaga. et sciens ferre
infirmitatem: Quoniam aduersa est facies
eius. dehonestatus est. nec aliquid æsti-
matus est: 4 Hic peccata nostra portat. et
pro nobis dolet. et nos æstimauimus eum
in doloribus esse et in plaga. et in adflic-
tione: 5 Ipse autem uulneratus est propter
iniquitates nostras. et infirmatus est prop-
ter. peccata nostra: Eruditio pacis nostræ
in eo. liuore eius. nos sanati sumus 6 om-
nes. sicut oues errauimus. homo uia sua
errauit. et deus tradidit eum. pro peccatis
nostris: 7 Et ipse quia male tractatus est.
non apperuit. os suum:

Et ouis ad occisionem ductus est. et ut
agnus ante tondentem sine uoce. sic non
aperuit. os suum 8 in humilitate. Iudicium
eius sublatum est. generationem eius quis
enarrauit: Quoniam tolletur a terra uita
eius. ab iniquitatibus populi mei. ductus
est ad mortem: 9 Dabo malos pro sepul-
tura eius et diuites pro morte eius: Quia
iniquitatem non fecit. neque dolum in lin-
gua sua locutus est:

10 Et dominus uult purgare eum de pla-
ga: Si dederitis pro peccatis animas ue-
stra. uidebit semen longe uite. et uult do-
minus 11 auferre a dolore animam eius.
ostendere ei lumen. et formare per pru-
dentiam:

Iustificare iustum. bene seruientem plu-
ribus. et peccata eorum. ipse purgauit:
12 Ideo ipse hereditate possidebit multos.
et fortium partietur spolia: Propter quod
tradita est in mortem anima eius. et inter
iniquos deputatus est:

Et ipse peccata multorum rettulit. et
propter iniquitates eorum traditus est:

32 *eis*, *s* suppletum videtur, sed 1 manu.

33 Avulsa membrana perierunt nonnulla: *mox* dubium paullum *m*; praecedebat ex spatio *Et*. In linea sequenti ex spatio *facie sua*, vel *faciem suam*, si per compendium scripta duo *m*.

34 Post loquebatur rasura trium fere literarum.

Es. LIII, 2 Post *speciem*, punctum et lineola super eo ad summum literae *m* suppleta videntur, sed 1 m.

7 *Et ouis*, sic *E*, non *U*, licet initiale *E* atramento, non minio scriptum sit, quod errori ansam dedisset.

8 *generationem*, superius post vocem appictum punctum et super eo lineola obliqua, 1 ut apparet manu.

9 Post *diuites*, non superius, inserta punctum et lineola ut v. 8.

non, praeter *n* prius cetera per se incerta membrana avulsa et in extremo cooperta.

10 *uult*, *t* suppletum 1 m.

animas, *s* abrasum, et sic *uestra* cum interpunctione intacta ex prima scriptione.

12 *partietur*, pro *e* alia litera coepta fuerat scribi, initium *i*, *m*, *n*, *r*, *u*, sed in actu scriptionis completum fuit in *e*.

HUJUS COLLECTIONIS OPERA DOCTORIS A. CERIANI PRODIERUNT

TOM. I. FASC. I. — Fragmenta versionum Latinarum Evangelii Lucae, Parvae Genesis et Assumptionis Mosis; versio Syro-Hexaplaris Baruch, Threnorum et Epistolae Jeremiae cum notis; accedunt duae tabulae lithographicae . . . . *Ital. L.* 20 —

Fasc. II. Versio Latina Apocalypsis Baruch ex versione Syra inedita codicis seculi fere VI; versio Latina vetus 4 Esdrae ad ejusdem Syram versionem ineditam recensita; Passio S. Viucentii et Lectio Actuum Apostolorum in natali S. Stephani Latine; Gelasii Cyziceni Commentarii Actorum Concilii Nicaeni liber tertius fere totus cum collatione primi et partis secundi Graece . . . . » 8 —

TOM. II. FASC. I. . . . . » 14 —
» » » II. . . . . » 12 —
» » » III. . . . . » 12 —

Continent versionem Syro-Hexaplarem, Genesis quae supersunt, et Exodi usque ad XX, 26 cum notis. In Exodo insunt ut pars textus Hexaplaris additamenta textus Hebraeo-Samaritani ex Graeco Syriace versa.

TOM. III. FASC. I. . . . . » 8 —
» » » II. . . . . » 5 —

Continent textum primae manus codicis Graeci seculi fere V, Holmesiani VII, paginis et lineis codicis servatis. Genesis, 31, 15 – 37. 42, 14-21. 42, 28 – 46, 6. 47, 16 – 48, 3. 48, 21 – 50, 14. Exodus, 1, 10 – 8, 19. 12, 31 – 30, 29. 31, 18 – 32, 6. 32, 13 – 36, 3. 37, 10 – ad finem. Leviticus, I, 1 – 9, 18. 10, 14 – 19, 19. Antiquissimus codex habet passim accentus et spiritus primae manus juxta leges a recentioribus ex parte diversas.